

Johann Joachim Zentgraf Johann Friedrich Oelinger


**Disputatio Theologica Inauguralis, De Eo Quod Deum Decet : Ex Hebr. II. v. 10.
Eprepe gar aut &c.**

Argentorati: Spoor, 1677

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn788068571>

Druck Freier  Zugang






75.



Fa - 1092 (75)



75

1.
2.
3.
4.
5.
6.
7.
8.
9.
10.
11.
12.
13.
14.
15.
16.
17.
18.
19.
20.
21.
22.
23.

Tomus hoc. **XXVIII** continentur:

1. Seb. Schmidii Commentarius in L. Ep. Johannis §. 1688.
2. — Anal. et Paraph. Epistole Jacobi Argent. 1685.
3. — De Fide Chloaica circa Myst. S. Trinit. 1654.
4. — De Deletionē c. libro Vita. 1655.
5. — De Inramentic. ad Matt. V. et. xpm, eb. Argent. 1663.
6. — Invectivum Chnshi in Pharisaeos Ex. tu Matt. xv. 1661.
7. — De Didrachmic. à Chnsto Solutic. 1663.
8. — Fides miraculosa. 1680.
9. — De Ficu à Chnsto arefacta. 1662.
10. — De Merito. 1663.
11. — ad locum Jo. VIII, 25. 1661.
12. — ad locum Jo. VIII, 47. 1661.
13. — Resolutio brevis Cap. IX ad Rom. 1658.
14. — De Primitiv. Resurrectionis Chnsto. 1666.
15. — De Baptismo Super Mortuis. 1656.
16. — De Angelic. in genere. 1662.
17. — De Peccato Origini. 1657.
18. — De libero Hom. Arbitrio in Spiritualibg. 1658.
19. — De libero Hom. Arbitrio in non Spiritualibg. 1657.
20. — Νίσις ἡγορεύουσ. 1661.
21. — De Imputatione in opere Iustificat. 1656.
22. — De Phrasi Indurare. et excoecare. 1655.
23. — De Ecclesie Catholicoismo. 1657.

- * 24. Sebast. Schmidig de Duaby circa Sacram. Circumcis.
Propositionibg. 1654.
25. —. De Statu Beatorum in Vita aeterna 1675.
26. —. De Obligatione Form. Concordia. 1680.
27. —. Tractatg Talmud. Sebachim. cūstmot. 1662.
28. Jo. Brissinut De Circumcisione Zypore. 1663.
29. —. De Cli Uli Lamah Sabactani. 1663.
30. —. An Christus Annū Paschalem eodem cum Jud. tem.
pore ederet. 1674.
31. Balthasar Raithig de Cabala. ^{Tulny.} 1662.
32. Guilielmus Bajer de Præda Robusto erepta Inachy.
33. Jo. Feikti Expositio Oraculi Ysaiani LIII August. 1662.
34. Balth. Scheid de Protevangelio. August. 1650.
35. —. Jonac Propheta expositae — 1665.
36. —. Kikajon Jone. 1653.
37. —. ad caput ultimum Ultimi Propheta. 1664.
38. Lud. Hennig Munsteri Animalia quæ vetita
Jone. 1687.
39. Zentgraff prodr. de eo quod Deum dicit. August. 1677.
40. Georgi Calixti Expositio literalis Epiphesior.

Pro M. Jo. Philippo Storio
1696. Heilbr.

I. N. J.

DISPUTATIO THEOLOGICA
INAUGURALIS,

De

EO QUOD DEUM
D E C E T,

Ex Hebr. II. v. 10.

**Εργασθε ἵνα ἀγαθὸς ἔσθε.*

QVAM

DEO feliciter adjuvante,

In Inclyta Argentoratensium Academia,

Pro summis in Theologia Honoribus
& Privilegiis ritè consequendis,

Solenni disquisitioni submittit


PRÆSES

JOHANNES JOACHIMUS Zentgraff/
Moral. Prof. P. & Ecclesiastes,

Respondente

M. JOHANNES FRIDERICO OELINGERO,
Argentoratensi,

Die 2. Maji horis ante- & pomeridian.



ARGENTORATI,

Literis JOH. FRIDERICI SPOOR.

Anno M DC LXXVII.

3

4

V I R O
*Plurimum Reverendo, &
Excellentissimo*

DOMINO
BALTASARI FRI-
DERICO SALTZMANNO,
SS. Th. Licentiat. & Summi Templi
Pastori meritissimo, vigilantissimo,

SOCERO SVO

*filiali cultu prosequendo,
in fidem ulterioris Pietatis,*

Exercitationem hanc de Divino Decoro
Theologicam

inscribit

non uno nomine devinctus

JOHANN. JOACHIMUS Zentgraff/
Moral. Prof. Publ.

(I.)



7. N. 7.

DE EO QUOD DEVM DECET,

Ebr. 2, 10.



E eo quod Deum decet, ipsius-

que justitiæ, sapientiæ, bonitati, æquitati,

aliisque conveniens est attributis, acturi, ἀνε-

ξερευνῆσα τὰ τῶ Θεοῦ κριματά, καὶ ἀνεξεχνιάσους τὰς

ἰδέσας αὐτῶς pie cum Paulo a) mirabimur, non a) Rom. 11.

vano & profano conatu rimabimur. βλέπομεν 33.

γὰρ ὡς εἰς δι' ἐσόπτρου ἐν αἰνίγματι, cernimus enim nunc per speculum

in enigmate, b) & ἀμυδρά τισ ἡμῖν εἶσιν ἄρτι ἢ γνῶσις, & obscura qua- b) 1. Cor. 13.

dam nobis nunc est cognitio, ut Theophylact. c) hæc Apostoli ver- c) Com. in

ba explicat, nec, ut Augustin. d) loquitur, humana mentis acies in- 1. Cor. 13. 12.

valida in tam excellenti luce figitur, nisi per iustitiam fidei vegetetur. f. 277.

Si enim vis mentis nostræ parū haud raro felici successu in men- d) 1. III.

tem alterius penetrare, ipsiusq; occulta cogitata investigare pot- opp. l. 1. c. 2.

est, qui sine divino ductu in abyssum divinæ essentiæ ea se imitte- re ausit? ut proinde temerarium sit, ea velle pericrutarari, quæ nos latere Deo placuit. Via illius, h. e. dispensationes, non solum cognosci nequeunt, d. nec queri, ait Chrysost. e) ita ut melius de Deo quid e) ad Rom. l. c.

A

rum

4

rum iudicio. Non tamen ad alterum *Remonstrantium Arminian.* extremum inclinandum est, ut ea ignorare, vel de illis dubitare velimus, quæ in scripturis ad cognoscendum sunt proposita. Quanquam enim & nos cum *Johann. Damasceno* confiteri necesse habeamus: *ἄπειρον τὸ θεῖον ἔ ἀκατάληπτον, ἔ τῷ μόνον κατὰληπτον, ἢ ἀπειρία ἔ ἀκαταληψία, immensum est numen & incomprehensibile, & hoc solum de eo comprehendi potest, quod immensum & incomprehensibile sit;* ubi tamen ex luce alias inaccessiblei per verbum suum Deus prodiens se patefacit, intueri eum licet, prout Viatori, cui in patria perfecta obtinget visio, fatis est. Licet enim & hic incomprehensibilia sint, quæ cælestis sapientia monstrat, licet tamen fidei pro roboranda sui certitudine, tantum ex ipsis

f) l. i. de
Orth. Fid.
c. 4.

g) Interpel.
contr. Trigl.
p. 55.

delibare, quantum satis est, ut *B. Dorscheus* g) noster loquitur. §. 2. Illud itaque quod Deum decet consideraturi, scripturæ locum *Ebr. 2. 10.* à *Venerando Colleg. Theologico* nobis propositum, tractabimus, qui sic habet: *Ἐπεπε γὰρ αὐτοῦ, δι' ὃν τὰ πάντα, ἔ δι' ἔ τὰ πάντα, πολλὰς ἕως ἄς δόξαν ἀγαθήτα, τὸν ἀρχηγὸν τῆς σωτηρίας αὐτῶν διὰ παθημάτων τελεῖσται.* Quæ lectio etsi sit ex veteribus *Theodoreti, Oecumenij, Athanasij, Theophylacti,* & potiorum etiã recentiorum, *Erasmi* tamen editio nostra *Argentoratenensis* habet *διὰ παθήματα*, eaq; uti *Erasmus Schmid* h) observat, sola, cum *Basileensis* anno 1540, *Tigurina* 1559, aliæque vetustiores habuissent *διὰ παθημάτων*. quapropter cum contra tot consentientium nubem illa nihil possit, merito etiam relinquitur.

h) Not. NT.
h. l.

i) h. l. tom.
XV. f. 692.

k) Explan.
h. l. 1. 2. f.
643.

Salmero i) *Lojolita Toletanus* nonnullos codices habere dicit *τελεῖσται*, i. e. consummari, passivè, quæ Lectio alteri præstare ipsa videtur. Consentit *Benedict. Justinianus*, k) qui *Ambrosium* activa voce, consummare, paulo violentius habere, ait, & pro passiva adducit *Theodoretum & Athanasium*. verum cum uterque legat *διὰ παθημάτων τελεῖσται*, non apparet, qui quæ *Justinianus* opinatur, probari queant. Adversatur eidem insuper versio *Vulgata*, quæ active habet, *consummare*, contradicuntque focii

l) Com. h. l.
m) Com. h. l.

Cornel. à Lapid. l), *Esthius* m), qui confidenter ita scribit: *Quod quidam pro CONSUMMARE legunt passivè CONSUMMARI; mendum est manifestum, ut probant non solum Graci, & Syri codices, verum etiam optima quæq; exemplaria latina, suffragante*

utem

item editione Clementina. Et quidem quod versionem Syriacam concernit, illa interprete Martino Trostio sic habet: Decebat enim eum per quem omnia, & propter quem omnia, & qui filios multos adduxit in gloriam suam, ut principem salutis illorum per passiones perficeret. Vulgatus, anno 1524. Lugduni excusus, ita vertit: Decebat enim eum, propter quem omnia, & per quem omnia, & qui multos filios in gloriam adduxerat, autorem salutis eorum per passionem consummare.

§. 3. Cæterum locum nostrum distincte tractaturi, considerabimus I. Num in Deum τὸ πρέπον, s. Decorum cadat. II. Quænam eius, quod Deum decet, norma sit: & III. quid Deum deceat. I. Quod dicere possimus, aliquid Deum decere, & quod sanctissimum, justissimum, & optimum Numen aliquid facere deceat, his docetur verbis: ἔπειπε γὰρ αὐτῶν. Particula quippe Causalis γὰρ, quæ nostrum verbum cum antecedente conjungit, notat causam subungi illius, quod in præcedentibus Apostolus dixit. Quanquam enim alias etiam sensum rationalem tantum habeat, cujus observatio contra Calvinianos, Pontificios, Socinianos &c. insignem præbet usum, hoc tamen loco sensu causali vocula hæc accipi debet, ut significet non causam tantum consequentiæ, sed & consequentis, eamque non formaliter, ceu quæ in Deum non cadit, sed virtualiter causantem. Ratio nimirum redditur verbis nostris, quare, quemadmodum versu præcedenti docuerat Apostolus, Christus pro omnibus mortem gustare debuerit, infraque angelorum conditionem paulisper diminutus, tum gloria, & honore, coronatus fuerit; nimirum ita facere Deum decuisse, ita ex infinita sua sapientia eum iudicasse se decere, immutabilemque suæ justitiæ, cui satisfaciendum erat, hoc requirere rationem, ut filius suus pro nobis homo factus, pro nobis quoque prius passus, tum in gloriam ingrederetur; & sic præstita prius satisfactione, acquisitaque æterna nobis beatitudine, qua excideramus, tum suam quoque adiret gloriam. Luc. 24. 26. 45. Phil. 2. 8. 9.

§. 4. Omnino itaque Deum hoc vel illud facere decet, inque ejus actionibus decorum divinum observare licet. ἔπειπε γὰρ αὐτῶν. De Deo hic sermonem esse, addita ab Apostolo sub-

- jecti hujus enunciationis descriptio docet. Illum enim aliquid decere dicitur, δι' ὃν τὰ πάντα, ἢ δι' ἃ τὰ πάντα, propter quem sunt omnia, & per quem sunt omnia; qualis præter Deum nemo est. Deus, inquit Augustin. m) est omnium rerum creator, ex quo omnia, per quem omnia, in quo omnia. Ast quæ divinitatis persona subjecti loco poni debeat in enunciatione hac Apostolica, dissentiant inter se interpretes. De Filio explicat Theodoretus. n) Cum enim recitasset verba Apostoli, subjicit: τὸν θεὸν λόγον ἐδέξεν ἢ ἀνέλαβε τελειώτατα φύτιν. ἀρχηγὸς τῆς ἡμετέρας σωτηρίας ἢ ληροῦσθαι φύσις. ostendit Deum verbum naturam quam acceperat perfectam reddidisse. Auctor & princeps nostræ salutis est assumpta natura. Eadem de Filio Dei explicatio est Ambrosii apud Bened. Justinian. o) Ita enim ille scribit: Per quem omnia, i. e. per ejus mortem, sive quæ in cælis, sive quæ in terris restaurata sunt, per quem etiam & omnia creata sunt. Ex Pontificiis interpretibus quoque nonnulli verba hæc ad Christum retulerunt. Sic enim Rupertus p) locum hunc de Christo homine intelligit; probat enim ex hoc loco, propter Christum hominem angelos & totam mundi fabricam esse conditam, ideog. etiam si peccatum non intervenisset, futurum fuisse, ut verbum caro fieret, & habitaret in nobis. Eadem est Claudii Guiliand. q) explicatio, qui ad verba Apostoli, Decebat enim eum, ita notat: Nam decebat hoc Christum, qui ab æterno à Deo prævisus est ad hoc, ut per eundem propter quem, & per quem omnia condita sunt, seu qui sit omnium vita & essentia, omnia etiam reparentur, refringantur, instaurantur, & vivificentur, s. quæ in cælis sunt, sive in terris: & mox: Decebat Christum hostia sui corporis summum sacrificium pro nostri reparatione facere. Subscribit Salmero. q) Ex nostratibus B. noster D. Chemnitius r) de D. N. tractaturus quædam de causis, quare secunda Trinitatis persona, sc. filius factus sit homo, adducit inter alia nostrum quoque locum, & sic scribit: Ebr. 2. Decebat eum, per quem omnia, authorem fieri salutis. Ita igitur persona Trinitatis, per quam humana natura principio creata fuerat, per quam lapsa sustentabatur, ne in nihilum redigeretur, missa fuit à patre ad reparationem & redemptionem, ut ejusdem esset ἀνάπλασις, cujus fuerat πλάσις. Noster quoque D. Hunnius s) de Filio verba nostra intelligit: Verbo DECET, inquit,

m) de quant. An. c. 33.

n) r. III. opp. Com. h. l.

o) Com. h. l. f. 643.

p) l. 13. in Matth.

q) Com. h. l. p. 362.

r) Com. l. h. de D. N. s. 2. f. m. 8.

s) Com. h. l. r. III. opp. f. 380.

inquit, respicit Apostolus ad aeternum illud Dei consilium, quo juxta beneplacitum suum constituit PER EUNDEM ILLUM PER QUEM SUNT OMNIA, n.p. per filium suum instaurare etiam omnia. ad. Balduin. t) aliique. Sequitur eandem Calvinus. t)

t) Com. h. l.
t) Com. h. l.
f. 686.

§. 5. Quanquam vero hæc sic se habeant, placuit tamen aliis illa interpretatio, quæ de Patre verba nostra explicat. Ex pluribus veterum præter Chrysostomum, de Patre illa intelligunt Oecumenius & Theophylactus. Et quidem Oecumenius. u) ita commentatur: ἐπετε γὰρ φησι, τὸ θεῶν ἔ πατρὶ, δι' ἃ τὰ πάντα, αὐτὸς δὲ πάντων αὐτῶν: καὶ δι' ἃ τὰ πάντα. Εἰ γὰρ ἔ δι' ἃ τὰ πάντα, ὁ πατὴρ ἐστὶν ὁ τὰ πάντα δημιουργήσας, ὁ τὸν δημιουργὸν γεννηκώς. & mox: τὸ δι' ἃ τὰ πάντα ὅτι τὸ πατρὸς κείμενον, decebat enim inquit, Deum & patrem, propter quem sunt omnia, ipse vero omnium est principium. Et per quem sunt omnia. Nam si etiam per ipsum sunt omnia, pater est qui omnia creavit, qui creatorem genuit, & mox: per quem de patre positum est. Concise Theophylactus x) ad verba ἐπετε γὰρ αὐτῶν, δι' ἃ τὰ πάντα, scribit: τὸ ἐστὶ, τὸ πατρὶ, h. e. Patri. ad sequentia vero καὶ δι' ἃ τὰ πάντα, notat: Ὅσα τὸ, δι' ἃ, ὅτι πατρὸς κείμενον, animadvertes, τὸ per quem Patri attribuitur. Ex Pontificiis probatur quæ de Deo Patre nostra verba accipit explicatio Benedicto Justinian. y) cui verba hæc elegans Dei Patris periphrasis esse videntur, quæ etiam, judice eodem, melius omnino de Patre accipiuntur. Sequitur eandem Cornel. à Lapide. z) qui decebat, inquit, Deum Patrem, Christum passioni tradere. Deus enim pater est is, propter quem, & per quem sunt omnia. Defendit illam Esthins a) contra Rupertum, docetque de Deo Patre hoc loco esse sermonem. Vasquezii b) quoque, Tirini, c) & ante hos omnes Erasmi d) & Hugonis Cardinalis, e) eadem est sententia, qui omnes τὸ decere ad Patrem referendum esse judicarunt. Ex Reformatis amplectitur hanc interpretationem Bullinger: f) quæ & nostratum est B. Gerhardi, g) qui per τὸν δι' ἃ τὰ πάντα, ἔ δι' ἃ τὰ πάντα, intelligitur, inquit, Deus pater, cujus virtute & potentia omnia sunt facta, & ad cujus gloriam omnia sunt facta, ut est omnium causa efficiens, ita quoque est causa finalis. Item Conradi Hornei, h) Notetur, ait ille, hic Deum Patrem dici propter quem sunt hæc omnia, & per quem sunt hæc omnia.

u) Com. 1.
f. 329.
x) Com. h. l.
y) Com. h. l.
z) Com. h. l.
a) Com. h. l.
b) Paraphr. h. l. f. 122.
c) Com. h. l.
d) in Annot.
e) h. l.
f) Com. h. l.
g) Com. h. l.
h) exposit. Liter. Epist. Et ad Ebr. h. l.

4

Et novissime adhuc Maxime venerandi nostri Dn. D. *Sebastian. Schmidij* i).

i) *Comm.*
MSS. h. l.
k) h. l.
f. 423.

l) h. l.

§. 6. Rationem hujus dissidii inter interpretes conatur reddere *Esthivus* k.) *sefellit*, inquit, autem illos *expositores mendosa lectio vocabuli, quod est in fine sententia.* Non enim *CONSUMMARI* legendum est, quasi de Christo dicatur, sed *CONSUMMARE*, quod ad Deum referre oporteat. Ostendit idem, quomodo nimirum diversam lectionem, & *scriptorum errore mutatum activum in passivum*, diversæ hæc interpretationes sequantur, *Cajetan.* l) Verum quicquid sit, si *simplicem verborum ordinem & contextum consideremus*, manifestum est, non de Filio, sed de Patre esse verba hæc intelligenda. Cum enim in versu præcedente 9. mortem Christi, ceu in signe Dei patris beneficium deprecidisset, cum *χάριτι Θεῷ ὑπὲρ πάντων*, de qua Joh. 3, 16. ut nos redimeret, pro nobis mortuus sit, cur sic & non aliter, quam morte & exinanitione Filii sui unigeniti, infinito suo amore lapsus genus humanum Deus pater complecti potuerit, exponit: nimirum ita decuisse eundem, ita conveniens ipsius justitiæ fuisse, & sic necessarium esse Deum ipsum judicasse. II. Nihil enim obstat, quo minus *pronomem relativum αὐτῶν*, quando dicitur *ἐπρεπε γὰρ αὐτῶν*, referatur, & respicere dicatur τὸν Θεόν, cujus v. 9. fit mentio, qui ex immenso amore filium suum pro peccatoribus mori voluit, unde sicut ille Deus, per cuius gratiam pro omni Christus gustavit mortem, est Pater, ita quod v. 10. de eo quod Deum Patrem decet, agatur, recte infertur. III. Cum ipse Apostolus dicit, decessisse Deum, ex cuius gratia pro omnibus mortuus est Christus, perficere hunc principem salutis eorū hac ipsius passione & morte, hoc ipso alius est *τελειώσας*, alius *τελειωμένος*, alius qui Christū perficit, alius, Christus sc. qui perficitur, quare cum illud ex ratione ordinis, quem in divinis observamus, Deo patri competat, docente hoc passim scriptura, eum quoque *δι' ὃν τὰ πάντα, καὶ δι' ἃ τὰ πάντα*, ceu qui Christum perficit, patrem esse necesse est. IV. cum *τελειώσας consummare, perficere*, respiciat *βραχύτι παρ' ἀγγέλους ἡλαττωμένον parumper infra angelos minorem factum*, v. 9. sicut hoc in exinanitione, ita illud in exaltatione contigit, unde & qui *τελειωμένος διὰ παθημάτων* est

est v. 10. ille dicitur v. 9. διὰ τὸ πάθημα τῷ θανάτῳ δέξῃ ἢ τιμῇ ἐσεφρανομένῳ. Quare cum Deus qui dextera sua exaltauit τὸν ἀρχηγὸν ἢ σωτήρα Act. 5. 31. sit Pater, recte hinc colligitur, quod τελειώτας διὰ τῶν παθημάτων τὸν ἀρχηγὸν τῆς σωτηρίας Pater quoque sit, quem ita decuit in salutis nostræ negotio suæ quoque justitiæ, quæ nullum peccatum transmittere potest, nisi vel in peccatore, vel in ejus vade sit exacta pœna, habere rationem. Alias rationes ex textu petitas, brevitatis studio omitto.

§. 7. Addita periphrasis, δι' ἢ τὰ πάντα, ἢ δι' ἢ τὰ πάντα, non probat, de Filio verba hæc debere intelligi, quod sc. per eundem ideo restauratio generis humani fieri debuerit, quia propter eum, & per eum omnia sunt condita, sicut opposita contendit explicatio, cum & per Patrem & per Spiritum S. omnia facta dici queant, ut proinde hæc adeo stringens ratio, salvo tamen aliorum judicio, nobis non videatur, quare secundam Deitatis personam, Filium sc. pati decuerit. Hoc ut dilucidius explicetur, notandum, quod quando vocula διὰ personæ Trinitatis, ceu operanti, tribuitur, illud fiat vel in relatione ad opus quod fit, vel in relatione diuinarum personarum ad se invicem. Illo respectu, in ordine sc. ad creaturas, τὸ δι' αὐτῶν omnibus tribus personis competit, hoc vero modo filio competit respectu patris, qui per illum omnia fecit. Ita namque doctissima Dn. D. Sebast. Schmidij m) nostri commentatio habet: *In relatione ad creaturas, in qua vera & principalis causa indicatur, omnino recte dicitur de Deo Patre, quod δι' αὐτῶν per ipsum sint omnia. Nec hic dicendum, quod de solo Filio ita loqui liceat, & huic id sit proprium. Imo vel omnibus tribus personis commune istud est, cum relatio ad creaturas ubiq. equalis sit, nimirum ut cause principalis. Verum in relatione diuinarum personarum ad se invicem, soli Filio proprium est respectu patris, quod δι' αὐτῶν pater omnia fecerit. Nec dicere possum: quod Filius per patrem omnia fecerit, hoc loco autem non est relatio patris ad filium, sed ad creaturas tantum.*

m) Com. MSS. h.l.

§. 8. Constat hoc ex Rom. 11. 36. ubi certis particulis unius atque inconfusæ naturæ divinæ proprietates & officia designantur, in contradistinctione ad Patrem de Filio dicitur, quod δι' αὐτῶν sint omnia, ita 1. Cor. 8. 6. quando de Patre dicitur ἐξ ἢ τὰ πάντα

4

πάντας ἡ ἡμεῖς εἰς αὐτὸν, Filio tribuitur δι' ἑ τὰ πάντα, ἡ ἡμεῖς
 n) r. 1. opp. δι' αὐτῶ. Inepti autem fuerunt olim *Ariani* apud *Arhanaf.* n)
 f. 381. & *Augustin.* o) & æque inepti sunt hodie *Sociniani*, quando
 o) l. 3. contr. Christum summo Deo subordinari garrunt *Crellius* p) aliique,
Maxim. cum Patri ex quo omnia, Filio per quem omnia addatur, & τὸ Ex
 c. 23. principalem, τὸ per autem instrumentalem causam notet. Prin-
 p) de vno cipium enim petit *Crellius*, quod cum nostro in loco, & alibi, τὸ
Deo l. 1. c. 2. de Patre explicare cogitur, *voculam* etiam per, quotiescunq,
 de Deo aliquid efficiente usurpatur, semper principalem efficientem,
 q) *Com. ad* non instrumentalem & mediam notare concedit, q) aliter tamen ean-
Ebr. f. 94. dem de Christo, quam de Patre, accipi debere affirmat. r) Æqua-
 r) *Com. ad* lis enim est Patris & Filii potentia, sic ut quacunq, pater facit, hac
Gal. f. 378. itidem ὁμοίως filius faciat. s) Eleganter *Johann. Damascen.* t) λέ-
 s) *Ioh.* 5. 19. γόμενος inquit, τὸν πατέρα, πάντα ὅσα ποιεῖ, διὰ τῶ μονογενῆς αὐ-
 t) *de Or-* τῶ ἣ ποιεῖν, ἔχ, ὡς δι' ἐργάνου λειτουργικῆς, ἀλλὰ φυσικῆς ἡ ἐννουσά-
thod. *Fid.* l. τε δυνάμεως, dicimus patrem quacunque facit, per unigenitum fi-
 l. c. 9. f. 33. lium eius, non ut per instrumentum servile, d. ut per virtutem natu-
 ralem & substantialem facere. In Filium Dei non cadit ratio in-
 strumentalis: quanquam enim agat virtute à Patre sibi comūni-
 cata, sicut etiam instrumenta virtute agentis superioris elevan-
 tur, non tamen hæc totam istius, multo minus eandem, minime
 omnium essentiam artificis accipiunt, sicut à patre accepit hæc
 u) *Harmon.* verbum, ut non male monet *Calixtus.* u)
 l. 1. c. 1. p. m. §. 9. De hoc Deo dicitur, quod eum id quod ipsum decet,
 10. in suis actionibus, & modo agendi observare oporteat, & pro-
 inde in eundem, ipsiusque actiones ratio decori cadat. ἐπεπε γδ
 αὐτῶ. decebat enim eum, ait *Apostolus.* Decorum, & decere non
 uno modo dicitur. Nonnunquam enim notat id, quod est con-
 veniens personæ, vel rei, citra tamen necessitatem moralem,
 quanquam ad bene esse morale pertineat, ornatumque quen-
 dam rei convenientem superaddat, etsi ejus ommissio per se tur-
 pis non sit. Germani dicerent: *Es stehet wol.* sic notante
 x) *dub.* *Spanhemio,* x) πρέπον erat *Josephum* obviam ire Patri ad *Egy-*
Evang. p. ptum adventantis, non necessarium: πρέπον erat *Salomonem* assurge-
 III. p. 160. re *Matri Bathseba,* non necessarium; sic πρέπον erat, mulierem ora-
 re in *Ecclesia* aperto capite *1. Cor.* 9. 13. De hoc decoro disputant
 inter

inter se apud Platonem y) Hippias & Socrates, Hippia, ipsum pul- y) Hipp.
 chrum quod in rebus & actionibus esse videtur, decorum conten- f. 100. seq.
 dente, Socrate verò contradicente, inter quos mediam partem in
 presenti non agere nobis licet. Deinde decere & decorum esse
 illud dicitur, quod non solum congruum, sed & simul summè
 necessarium est, ita ut aliquid sit simul *πρέπον, δίκαιον & ἀναγκαῖον*.
 Sanè quod necessarium est necessitate morali, & ex positione
 causarum moralium, fit hoc ipso quoque *πρέπον*. Quo sentu
 & Scripturam loqui, illudque ei *πρέπον* dici quod est summè ne-
 cessarium, constat. Matth. 3. v. 15. ad Johannem Christus *πρέ-
 πον*, inquit, *ἔστιν ἡμῖν πληρᾶσαι πάσαν δικαιοσύνην, sic enim decet nos,*
ut compleamus omnem justitiam. quo in loco pro necessario *πρέ-
 πον* usurpari, docuit non male Spanhemius. z) Ita Ephes. 5. 3. z) l. cit.
 Tit. 2. 1. τὸ πρέπει non tantum congruum, sed *δίκαιον & ἀναγκαῖον*
 significat. Hoc fere sensu Cicero a) de Decoro differens, illud a) 1. Offic.
in omni virtute intelligi ait, quod cogitatione magis à virtute potest,
quam re separari. Quod verò tale est, non nudè consentaneum, sed
 & æquè necessarium est, quod sic decere dicitur, atque ipsa vir-
 tus. Et de tali decore divino hoc loco agitur, 1. quia illud de-
 cere Deum dicitur, quod ipsum facere necessum erat, urgente
 ita immutabili ipsius justitia; nimirum, ut, si vellet *homines redu-
 cere ad gloriam*, qua sua culpa exciderant, necessario prius morte
 filii, quod author salutis humanæ esse voluisset, ipsi satisfaceret,
 cum ceu *Judex justissimus, nullum ne minimum peccatum transmitt-
 ere possit, nisi vel in peccante, vel eius vade sit exacta poena*, ut lo- b) Hodof.
 quitur Dn. D. Dannhavver. b) quicquid turbulentus Socini c) p. 217.
 spiritus contra tumultuetur, cui à nostratibus alibi satisfactum c) P. III. de
 est. Quicquid itaque Deum sic decet, ut aliter, nisi eundem *serm. c. 1.*
 à seipso difformem oppositis attributis instructum dicere velis, *Prælect.*
 facere non debuerit, nec etiam, ceu supremus in orbe Judex, ju- *Theol. c. 16.*
 stissimusque mali vindex, ex immutabilis justitiæ ratione aliter
 agere potuerit, id necessario, *necessitate sc. immutabilitatis*, in eum
 cadit; quare cum *πρέπον* divinum, nimirum *πολλὸς υἱὸς εἰς δόξαν
 ἀγαθὸν τὸν ἀρχηγὸν τῆς σωτηρίας αὐτῶν διὰ παθημάτων τελεῖσθαι,*
*ut is, qui multos filios in gloriam adducturus esset, perficeret autho-
 rem salutis ipsorum per passionem,* tale sit, & in divina immutabili
 B rectitudine

4

restitudine & iustitia ita fundetur ; illud quoque necessarium simul esse, quod scilicet necessitas juris & iustitiæ divinæ requirit, relinquitur. 2. Id quod Deum decere dicitur, decet etiam eundem, quatenus *propter eum, & per eum sunt omnia*, & sic quatenus non solum divina eius restitudo, & iustitia immutabilis aliquid requirit, sed & quatenus eidem non solum nostri creationem, sed & restaurationem & saluationem debemus. Tam laxè enim τὰ πάντα, cum accipere per Scripturam possimus, eadem etiam non restringente, vocem hanc accipimus. At quicquid Deum decet agere, quatenus etiam in negotio salutis nostræ secundum iustitiæ suæ dictamen omnia dispensavit, id necessariò quoque eundem decet. At salutis nostræ ordinatio à Deo Patre facta, prout ab omni satisfactione ipsius iustitiæ immutabili præstanda non absoluta esse potuit, ita, ut *δὲ αὐτὸν τὰ πάντα, & δὲ αὐτὸ τὰ πάντα* dici possent, necesse erat ἀσχηρὸν τῆς σωτηρίας αὐτῶν Principem salutis illorum pati & mori. 3. Decorum hoc fundatur præterea in divina gratia, de qua vers. 9. præcedenti, qua Deus nostri misericordia motus, totum genus humanum in gratiam recipere & salvare constituit, quicumque in Filium suum, mundi Salvatorem, essent ad finem usque vitæ credituri, ipso Christo, *qui est in sinu Patris*, Joh. 1. 18. consilium divinum de nostra salute nobis revelante, Marc. 16. 16. Johan. 3. 16. Hæc Patris cælestis gratia, ex qua *ὕπὲρ πάντων mortem gustavit* Christus, ut vers. 9. præcedenti dicitur, sicut absoluta non est ab eo, quod ipsius debetur iustitiæ, cum qua amicè conspirat, & proinde mortem Christi respicit; ita ut Deus hanc suam gratiam nobis exhiberet, decorum, h. e. necesse fuit Filium eius pro totius mundi salute mori. Nec sequitur, uti quidam Socin-
 nus d) & Cateches. Racov. e) inferunt, quod *si Deo eiusmodi misericordia inesset natura, non posset ullum peccatum prorsus punire, sed secundum suam misericordiam semper remitteret*; ut proinde eiusmodi decorum in Deo nullum detur. Nam & Deus ab æterno fuit omnipotens, num propterea ab æterno opera omnipotentis exercuit? num semper in opere externo ad eundem, & summum infinitæ virtutis gradum fuit operatus? quin potius in eodem dispensavit certis gradibus pro sapienti libertate sua,
 Per

d) Praesb.
 c. 16.

e) c. 8. p. m.
 130.

Per naturam quippe suam Deus est misericors, terminatio tamen ad extra, & actus exercitus est liber. Nec Deus tantum ut misericors, sed & ut justus concipiendus est, imò æque justus, atque misericors.

§. 10. Æque audacter contra hoc *πρέπον* necessarium pronunciant *Arminiani* f) : Statuere, inquit, *justitiam DEI* ^{f) Apol. pro Conf. Rem. in t. II. opp. E. pisc. P. II. f. 132.} *vindictivam sic esse Deo essentialem*, ut Deus vi eius obligetur & necessitetur ad puniendum peccata, ineptissimum & Deo indignissimum esse, non tantum rationes complures, sed etiam ista omnia loca *probant*, quibus Deus misericors, tardus ad iram, clemens, remittere peccata, transgressionum non velle recordari dicitur. Eadem alibi *Episcopus* g) insurrat. Verum, sicut *Sociniani*, affectionem Dei cum effectu confundunt. Illa semper sibi manet similis, nullum sc. peccatur, ne minimum quidem velle & posse transmittere impunè; estque ipsa divina essentia immutabilis, quantum illa ob immutabilem reſtitutionem, qua peccatum necessario odio habet, delinquentes, seque offendentes, vult punire. Libere autem illa, ut modo dictum, se terminat ad extra, idque vel absolutè, vel cum conditione, nisi sc. justitiæ fuerit satisfactum, vel peccator pœnitentiam egerit. Istaque severitas & longanimitas in quantum in Deo identificantur, non sibi invicem opponuntur, cum contrarii saltem sint illorum effectus, una eademque simplicissima essentia, per diversitatem objectorum diversos quoque edente effectus.

§. 11. Manet ergò hoc *Decorum* divinum, de quo *Apostolus* agit, *ἀναγκαῖον necessarium*. Ex eo equidem, quod Deus decuisse dicitur, filium per passiones consummando ad gloriam cœlestem reducere eos, qui aliàs extorres erant, colligit *Esthius*, h) potuisse Deum etiam sine morte Filii, genus humanum salvare: fuisse autem hunc modum Deo condecens, atq; ipsi Christo honorificum. quem sequitur *Conrad. Hornej.* i) *Etsi*, inquit, *simpliciter & sine omni satisfactione remittere nobis peccata nostra potuisset: ut tamen non nisi interventu mortis & satisfactionis Christi fieret, decens & conveniens fuit: ita enim aperte Scriptura docet.* Sed cum probatum jam sit, quanquam non omne *πρέπον* sit necessarium, *πρέπον* tamen divinum, de quo in præ-

4

fenti quæritur, esse simul ipsum *ἀναγκαῖον*, & summum necessarium, quod necessitas juris & iustitiæ Divinæ requirit & urget, meritò hæc rejiciuntur. Et contra *Hornej*, quidem rectè ipsius, quam subministrat, urgetur explicatio. Ita *DEUM* decuisse ait, id est, *EIUS JUSTITIAM*. Sane quicquid divinam decet iustitiam immutabilem, à qua Deo non recedere licet, id quoq; debet facere, & ceu summè iustus aliter facere non potest; quare cum eadem satisfactionem postulaverit, *Horneio* & *Esthio* annuente, sine illa quoque genus humanum non potuisse salvari, rectè colligitur. Sed pluribus hæc in *Socinianis* confutantur, qui & satisfactionem Christi, & eius necessitatem negatum eunt. Sin verò pro *Esthio* excipere quis velit, illum non negare necessitatem mortis ab aliqua divina persona gustandæ, sed incarnationem saltem & passionem personæ divinitatis secundæ, Filii scilicet, non fuisse necessariam, sed Deo condecentem, & Christo honorificam, asserere, id sicut suo loco disquiri permitimus, ita quæ sic *Duacensis* Doctor colligere dicitur, sequi negamus ex nostris verbis, cum non doceatur, quare secunda, & non prima, vel tertia divinitatis persona munus redemptorium in se susceperit, sed quare Deum decuerit illam personam, quæ princeps nostræ salutis futura erat, seu jam secunda, seu tertia esset, *per passiones consummare*.

§. 12. Ipsa præterea divina beatitudo summa, purissima & perfectissima, dari quod ipsum Deum deceat, perfectissimoq; supremo Numini suum non deesse decorum evincit. Sicut enim est sapientissimus, sanctissimus & iustissimus, imò sapientia, sanctitas, & iustitia ipsa, ita eum non decet, nisi quod sapiens, sanctum, & iustum est. Harmonicum quippe agens est Deus, & sicut in essendo à seipso non est difformis, nec ut constans ex oppositis attributis concipi debet, ita quoque in agendo suæ immutabili essentiæ conformi modo semper agit, nihilque committit, nec ob eminentissimam, & immutabilem naturæ suæ perfectionem aliquid committere potest, quod cum eo non conveniens, eundè quoq; dedecet, à se ipso alias, hoc nisi foret, difformè futurum. Quanquam enim Deus nulla lege ab extra urgente ita teneatur, ut ipsum hoc nomine hoc, & non illud decere dici queat,

queat, summa tamen & purissima perfectio, sapientia, sanctitas instar legis estopt imo ipsius & perfectissimo numini, ut quemadmodum contra eam nihil potest committere, ita hoc nomine non omnia, ea sc. quæ cum ipsius immutabili natura non conveniunt, eum deceant. Ita quia Deus est *pater luminum*, *πατὴρ ἀπὸ τοῦ φωτὸς ἢ πρῶτης ἀποσκίασμα*, non est apud eum transmutatio, aut conversionis obumbratio. Jacob. 1. 17. Opponi hoc debet scandalosa & impia Calvinianorum nonnullorum sententia, qui Deum impia, quæ jam ita dicuntur, præcipere posse somniant, & ut Samuel Retorf. k) loquitur, *in bonas & malas actiones* k) de di. Pro. c. 28. *indifferenter & principaliter influere, quia respectu Dei nullum dicitur peccatum, quicquid agat.* Scribuntur hæc à discipulis in gratiam effati Zvvingliani, quod Deum authorem eius esse posse, blasphemè asserit, quod nobis est injustitia. Ita namque Zvvinglius l) Patriarcha: *Injustitiam, inquit, in sese nobis ostendere Numen, cum nulla ratione posset, ut quod undique verum, sanctum, bonum naturà sit; per creaturam iniustitia exemplum produxit, non quasi creatura illam produxerit suo Marte, quæ nec est, nec vivit, nec operatur sine Numine, sed quod Numen ipsum author est eius, quod nobis est injustitia.* sc. ut Emblemata Zvvinglianum habet, eundem specie actum, qui in hominibus peccatum est, in Deo non esse peccatum, quia Deus sit exlex, dicunt. Scholasticorum quoque nonnullorum, & qui Scholasticos sequuntur, eadem est impietas. Caramuelem m) alibi notavimus. Eandem in divinam sanctitatem blasphemiam defendit Johann. de Rada n), qui Deum per suam omnipotentem voluntatem præcepta tabula secunda dispensare posse contendit, ita ut efficiat, quod is, qui prius erat obligatus per naturæ legem ad aliquid faciendum, vel vitandum iis, aut illis conditionibus existentibus, postea EISDEM CONDITIONIBUS STANTIBUS non sit ad id obligatus, possitq; actum exercere licitè, variata sola circumstantia prohibiti, & non prohibiti. Sed sanctissimum Numen talia neque decent, neque cum divini decori regula sunt composibilia, ut alibi, Deo annuente, à nobis explicabitur, & ex dicendis constabit.

§. 13. Ratio & norma II. eius quod Deum decet, est infinita ipsius bonitas, fundata in eminentissima eius perfectione

4

& beatitudine, de qua Psalm. 25. 8. Matth. 19. 17. Insinuatur hæc partim v. 9. præcedenti, quando *ex Dei gratia* pro nobis mortuus esse Christus dicitur; partim quando in nostro loco *omnia propter Deum, & per eum esse*, Apostolus docet. Hac enim descriptione Dei, quando Apostolus *si ἰν τὰ πάντα, ἡ δὲ τὰ πάντα*, ait, ratio redditur divini decori, quare nimirum Deus nos in gloriam adducturus, Filii sui morte id facere debuerit, quia sc. summam suam quoq; bonitatem decere judicabat, ut quemadmodum propter eandem & per eandem omnia sunt id quod sunt, & creata conservantur, ita quoque ut gloria eiusdem adhuc magis eniteret, etiam per Filium lapsum genus humanum restitueret. Sic enim Joh. 3. 16. & Rom. 5. 8. missio Filii DEI in mundum, ceu monumentum divinæ charitatis & bonitatis nobis commendatur. Et quemadmodum DEUS in negotio creationis & gubernationis omnia in laudem suæ bonitatis dispensavit, ita quoque in negotio salutis nostræ in gloriam eiusdem omnia facere eundem decet. *Gomarus o) verba*, propter quem, & per quem omnia condita sunt, *exprimere* ait *tertiam exhibitionis Christi causam, quæ est gloria Dei*. Gloria non iustitiæ tantum, ut *Gomarus* quidem velle videtur, sed gloria etiam bonitatis divinæ, cum quæ ad iustitiam divinam præcisè restringere verba hæc, & decorum jubeat divinum, nulla in textu appareat ratio. Egreditur enim divina hæc bonitas erga genus humanum universalibus beneficiis non solum ad regnum potentia, sed etiam ad regnum gratiæ pertinentibus, complectiturque specialem quandam inclinationem & benevolentiam Dei erga hominem, ut est miserabilis, ut proinde & in negotio salutis quid suam bonitatem decuerit optimum Numen respexerit, illudque etiam in aliis actionibus Deum non decere recte dici possit, quod pugnat cum eiusdem bonitate.

§ 14. Impingunt hic, & Deo, quod eum non decet ex ratione ipsius bonitatis, affingunt *Calviniani*. Ipse quidem *Calvinus p)* quando *constat*, inquit, *perperam quibuslibet profectui salutis doctrinam, ut efficaciter proficit, quæ SOLIS ECCLESIAE FILIIS seorsum reposita esse dicitur*. Absolutum electionis & reprobationis decretum, quomodo infinitam Dei bonitatem

o) iō. 2. opp.
f. 308. A-
nal. Ep. ad
Ebr.

p) Instit.
3. 22. 10.

tatem neget, docuit B. Menzerus q) noster. Quanquam autem Chamier r) neget, bonitati absolute considerata damnationem reprobtorum esse contrariam, cum potius eius sit effectum, quia iustitia, quæ ad absolutam illam bonitatem pertinet: Nos tamen contra dicimus, omninò bonitati divinæ etiam absolute spectatæ illam adversari, cum Deo rapiat gloriam iustitiæ, eique repugnet, ceu B. docet Dannhavverus s) Quod autem idem Chamier mox subjiciens dicit, si bonitas intelligatur relatè, se concedere damnationem reprobtorum contrariam esse divinæ beneficentiæ in creaturas, Deumq; revera aliquid contrarium ei beneficentiæ velle, & multa contra eandem facere contendit, id absurdum est. Sicut enim infinita Dei bonitas, cum infinita ipsius iustitia suaviter conspirat, ita quod huic est conveniens, illi formaliter non erit contrarium, et si effectus externi inter se sint contrarii. Loquitur contra eandem Maccovius, t) quando Deum docet, etiam aliquibus verbum suum idèò revelare, ut impingant. Adversatur quoque eidem distinctio voluntatis signi & beneplaciti sensu Calviniano explicata, divinæ quippe bonitati non convenit, homini Diaboli astutia seducto, & miserabili illudere, vocando, ut non malè Remonstrantes u) loquuntur, cum ad salutem, & promissis, minis, querelis, precibus, obtestationibus, lachrymis homines sollicitando, quasi salutem eorum cupiat, & à parte sua faciat, quod ad eam procurandam requiritur, cum nihil minus propositum habeat, quam eos salvare, aut gratia ulla necessaria donare, imò cum propositum habeat, eos æternis ignibus addicere, & in altum quasi tollere, ut tantò graviùs puniantur, & in destinatum exitium, & æternos cruciatus ruant. Prolixius hæc discutere, dissertationis angustia non permittit.

§. 15. Pontificii quoque non uno nomine, potissimum tamen suis de gratia hypothefibus in divinum decorum sunt iniqui. Distinguunt Gratiam in sufficientem & efficacem, ut constat, nec improbat id nostratibus, Meisnero, x) Dorscheo, y) Hulsemanno, z) si recte explicetur; digladiantur autem inter se in ea exponenda Cadmæi fratres Jesuitæ & Dominicani, tam in tradenda sufficientis, quam efficacis gratia ratione, ita ut in explicanda doctrina de Gratia efficacia, in quinque agmina scindantur, ut alias notum, & apud D. Dorscheum a) videre licet.

Addimus

q) 1.1. opp. p. 940.

r) Panstr. 1.3. l.7. c.7.

s) Hodom. Cal. 1.1. p. 329.

t) Diss. 2. de Prædest.

u) Apol. c. 17.

x) Anshro. P. 11. p. 28.

y) Peniad. d. 9. §. 21.

z) de Aux. Grat. p. 33.

a) h. c. §. 23. seq.

4

Addimus his *Jansenistas*, qui secunda propositione ita loquuntur: *Interiori gratia in statu natura lapsa nunquam resistitur, & proinde internam gratiam semper obtinere effectum, quem Deus intendit.* Differt ergo à sententia Jesuitarum & Dominicanorum, quod hi gratiam sufficientem defensum eant, quam illi non admittunt. Verum cum hæc distinctio gratiæ in sufficientem & efficacem, sensu Pontificio tradita, absoluti decreti soboles sit, ceu ex *Bellarmino*, b) *Tannero*, b) aliisque constat, quorum ille sic loquitur: *Non intelligi potest, quo pacto gratia efficax consistat in illa interna suasionem, quæ per liberum arbitrium respici potest, & tamen infallibilem effectum habeat, nisi addamus, Deum vis, quos efficaciter, & infallibiliter trahere decrevit, eam suasionem adhibere, quam videt congruere ingenio eorum, & quam certo novit ab eis non contemnendam.* Hie verò hoc absolutæ reprobationis *œc* quæ sic depingit: *Prædestinati, inquiens, habent propriam gratiam, quæ carent reprobi. At non potest esse propria, nisi ea ratione, ut gratia prædestinatorum sit congrua & efficax: gratia reproborum sit sufficiens quidem, ne alioqui iniuste damnentur, at non efficax.* Unde

b) l. i. de grat. c. 12. s. ult.
b) Theol. Schol. 1. 2. d. 6 q. 2. dub. 2.

videas non solum ex Pontificiis *Walenburch*. c) suis de *Syncretismo cum Calvinianis* circa absolutum Reprobationis & Electionis decretum gratulari; sed & ex Calvinianis *Rivetius* d) rigidus alias Papistarum adversarius, non paucos inter Pontificios, inquit, ab ea, quæ sui de gratiæ efficacia profitentur doctrina, non multum recedere. Unde sicut ipsum absolutum Electionis & Reprobationis decretum bonitati divinæ contrariatur, ita hanc quoque gratiæ divisionem eiusdem valoris esse rectè inferitur. videndus hic *B. Dorscheus* e) noster.

c) de schismat. p. 85.
d) Cathol. Orthod. 1. 2. f. 195.

e) Pentad. d. 9. §. 30.

§. 16. Alterum attributum, quod secundum modum nostrum concipiendi ratio & principium est divini decori, amor est ille *intensus*, quo cum se, tum suas creaturas, propter suam cum ipsis communicatam bonitatem complectitur. Gen. 1. *Si omnia, quæ Deus fecit, bona sunt, & omne bonum diligit, omnia ergo diligit, quæ fecit, rectè colligit Lombard.* f) Hic amor divinus duplex est, vel *amicitiæ* erga hominem, quatenus justus & pius est, Psalm. 11. 7. Joh. 14. 23. vel *benevolentia*, quo creaturæ suæ ideo, quia suam creaturam esse novit, bene cupit, secundum tamen rationem

f) 3. sent. dist. 32.

rationem justitiæ divino judicio æstimabilem, etiam peccatori, qua sc. creatura est, quam infinitæ suæ bonitatis effectum esse agnoscit. *Sicut enim generaliter naturalia dat omnibus, ita generaliter omnes diligit, etiam malos, non quidem quantum ad culpam, sed quantum ad gratiam,* ceu à Scholasticis g) non malè hoc explicatur. Hunc suum amorem etiam sic Deus respicit, ut ceu te indecens nihil faciat, quod ei adversatur. Probatum hic amor, ceu ratio divini decori, ex iisdem verbis Apostoli, *δι' ὃν τὰ πάντα, καὶ δι' εἰς τὰ πάντα:* nimirum propter divinum amorem, & in divini amoris gloriam omnia sunt creata, & propter hunc etiam amorem immensum cor divinum pulsantem, & in gloriam eminentissimi huius amoris, se decere Deus Pater judicavit, ut Filium suum unigenitum daret, Joh. 3. 16. si vellet genus humanum reducere ad gloriam, qua per peccatum exciderat.

Theophylacti g) eadem fere est explicatio: Ἄξιον τῆς φιλανθρωπίας αὐτῆ περιποίησεν ὁ πατήρ, τὸν πρωτότοκον πάντων τῶν υἱῶν τῶν μενούσων ἀπολαύσει τῆς δόξης αὐτῆ, λαμπρότερον πάντων ἀποδείξας ἡ) Panstr. διὰ παθημάτων, ἵνα δείξῃ καὶ τοῖς ἄλλοις ὅπως δεῖ ἀδελφεῖν. Quod benignitatem suam decuit, id Pater fecit, cum primogenitum omnium filiorum, qui gloria eius participes futuri erant, clariorem & splendidiorem omnibus demonstravit per passiones, ut ostendat etiam aliis, quomodo sit certandum. Constat hinc quam indecorum, Deoq; minime dignum sit, absolutum istud odium, cuius actum reprobationem esse dicit Chamier. h) & quando Beza i) Deum absq; ullo qualitatum respectu, amori destinare, & odio destinare garrat, quoscunque ipsi libuit.

§. 17. Tertiam rationem eius quod Deum decet, dicimus esse etiam infinitam eius misericordiam, quæ in operibus gratiæ potissimum militat. Passim hanc deprædicat, nobisque ad imitandum proponit Scriptura, Exod. 34. 6. Elai. 63. 7. Jer. 31. 20. Jon. 4. 11. Matth. 18. 27. Luc. 6. 36. Jacob. 5. 11. quanquam enim pars sit misericordia divini decori prout affectivè in DEO esse concipitur, cum Deum ex naturæ perfectione, & eminentissima purissimaque beatitudine & bonum, & benignum, & misericordem esse deceat, quin tamen, si quid effectivè Deum deceat, quæritur, ceu ratio, quare hoc Deum ita decuerit, adferri queat, dubio caret. Ita καὶ τὴν αὐτῆ ἔλεον ἔσωσεν ἡμᾶς, secundum

g) Bonaventur. 3. sent d. 32. q. 2. Biel. l. c.

Comm. h. l. f. 891.

h) Panstr. r. 3. l. 7. c. 1.

i) ad Rom. c. 9. p. 108.

4

secundum suam misericordiam salvos nos fecit Deus. Tit. 3. v. 5.

k) l. 4. dist.
46. a. 2. q. 1.

Notat autem hæc misericordia promittitudinem voluntatis ad subveniendum miseris, ut ait Richard. k) in qua, iudice eodem, tota misericordia essentia consistit; tenditque in objectum miserabile, non semper miserum, v. c. Diabolum. Qui verò hæc differant, docet Alenstaig. l)

l) Lexic.
Theol. f. 373.
m) 2. sent.
d. 41. a. 2. q.
3. resol.

1) miser sc. dicitur, qui est in miseria constitutus, ad cuius rationem proprie requiri ait Bonaventur. m) ut sciat se pati, & non velit pati; miserabilis verò, qui miseratione dignus est. In hostem etiam suum fertur hæc misericordia, ita ut, quemadmodum pater David degeneris & pereuntis Absalomi misericordia tactus fuit, 2. Sam. 18. Deum quoque hominum rebellium misereat, ut nolit illos perire, sed velit omnes ad poenitentiam converti, 1. Tim. 2. 4. cumque omnes homines sint miserabiles, ceu eiusdem culpæ rei, oculus quoque Dei misericors ex infinita & naturali Dei bonitate & amore, non paucos sed omnes respicit miserabiles. Hæc misericordia cum gratuita sit, ortusque ex amore Dei favor cælestis in miseros homines operosus, Gratia etiam appellatur, fons omnium beneficiorum, quæ quotidie cælitus in nos effunduntur.

§. 18. Pertinere ad divini Decori ordinem divinam hanc misericordiam v. 9. asseritur, quo χάρισι Θεῷ ὑπὲρ πάντων, Dei gratia pro omnibus mortem gustasse Christus dicitur. Totum enim salutis nostræ negotium, ut divinæ misericordiæ effectus est, nec, ut Theophylactus n) loquitur, ὀφείλων ἡμῶν ὁ Θεὸς, ἀλλὰ χάρισι τὴν ἡμῶν αὐτῷ ἔδωκεν ἕως θανάτου, ἕχ ὑπὲρ τῶν πιστῶν δὲ μόνον, ἀλλ' ὑπὲρ τῆς οὐκ ἐμμενῆς ἀπάσης, ex debito Deus, sed ex gratia filium suum nobis dedit in mortem, non pro fidelibus tantum, sed pro universo terrarum orbe, ita decere quoque hanc suam misericordiam iudicavit, ut cum per eam & propter eam totum genus humanum salvare constituisset, in satisfactionem iustitiæ suæ debitam, filium suum unigenitum in mortem traderet, cum redemptionis nostræ medium aliud nullum daretur, ob rei præstandæ summam difficultatem, cui expediendæ solus Deus par esset futurus: o) Ἐὶ γὰρ ἔμὴ πάντες ἐσώθησαν, ἀλλ' αὐτὸς γὰρ τὸ αὐτῷ πεπλήρωκε. Etsi enim omnes non sunt servati, ipse (Deus) tamen QVOD SUI ERAT OFFICIUM, & sic ipsum decebat, implevit,

n) Comm.
h. l. f. 890.

o) Danth.
Hodof. p.
685. scg.

piè

piè rursus ait doctissimus *Bulgaria Archiepiscop.* p) Quomodo autem hic *Sociniani, Pontificii & Calviniani* gloriam divinæ misericordiæ, & inde provenientis divini decori lædant, alibi nostrates prolixius notarunt. Inprimis autem divinæ misericordiæ decoro adversatur *ius istud absolutum*, quod cum Scholasticis defendunt Calviniani, *Moses Amyrald.* q) potissimum è recentioribus, & *Maccovii* discipulus *Szydlovius*, r) posse sc. Deum hominem, postquam eum condidit, æternis cruciatibus absque ullo eius peccato addicere, *tantum ut summum suum in creaturas imperium ostendat.* Innocentem enim diris, & infiniti doloris cruciatibus non eripere, & sic non ferri in objectum miserabile, summæ Dei repugnat misericordiæ, quam nulla facultatis ipsius eminentia extinguit. Castigarunt hanc impietatem pro merito ex nostratibus *B. Dannhavver*, s) ex *Remonstrantibus Episcopus*, t) *Curcellæus*. u)

§. 19. Ratio & norma divini decori IV. est *Divina Sanctitas*, qua essentialiter purus Deus ab omni labe, perpetua & immutabilis est idea omnis eius quod verè sanctum audit. Celebratur ea ab angelis, *El. 6. 3.* & ob eandem Deus lux appellatur, *Ephes. 5. Jac. 1.* Hac sua essentiali sanctitate sibi ipsi quasi Lex est supremus rerum arbiter, ut ex summa & eminentissima perfectione, nihil ipse non solum, quod ipsius naturæ contrarietur, & Deum proinde non deceat, agere possit, sed & nihil quod in se est impium, creaturæ præscribere, eamque ad id determinare queat: quare necesse est, ut, si quod se decet, agere velit, eam respiciat, nihilque contra eandem committat Numen sanctissimum, idque neque per se, neque per accidens. Propter summam hanc sanctitatem, qua tam exactæ Deus est puritatis, ut peccatum & impuritatem ferre nullam possit, *ceupater luminum*, *παρ' ὧ, ἐκ ἐστὶ ἀλλογῆς ἢ τροπῆς ἀποσκίασμα* *Jacob. 1. 17.* se decere Deus judicavit. citra satisfactionem homini peccatum non condonare, ut tam illustri monumento doceret, quantum peccatum abominaretur. Id quod etiam descriptione Dei, *δι' ὃν τὰ πάντα, καὶ δι' ὃ τὰ πάντα*, significatur. Sicut enim sanctitatis suæ ubique, & in omnibus operibus habet rationem, ita & quicquid in negotio nostræ salutis fecit, id fecisse judicandus est propter

q) *de Prad. c. 4.*
 r) *Vind. 39. diff. c. 12.*
 s) *Hodom. Calv. t. 1. p. 199.*
 t) *Inst. Theol. l. 4. f. 3. c. 28. f. 322. 324.*
 u) *Vind. de Jur. Dei.*

4

suam etiam sanctitatem. Vehementer a. iniqui sunt in divinū de-
 corum, prout illud se habet ex parte eius, quod Deum decet ex
 ratione purissimæ & eminentissimæ ipsius sanctitatis, qui non
 ipsam sanctitatem, sed divinam voluntatem absolute primam
 rationem & regulam honesti & turpis esse contendunt, quique,
 de quibus Voët. x) Deum blasphemiam sui, item ad falsum cre-
 dendum, ad impossibile obligare, & præcipere posse impiè affir-
 mant, id quod Maccovium, y) ipsiusque discipulum Szydlovi-
 um, z) aliosque facere constat. Sed alibi impietatem hanc pro-
 lixius examinamus; castigavit interim eandem in *Moralistis Lu-*
dovic. Molin. a) in suis autem Voëtius, b) Objectum fidei posse
 esse falsum, itidem in suis refellere conatur quidem *Samuel Re-*
torfort. c) sed num solide, & consequenter ad ista, quæ aliàs
 defensum it principia, jam non disquirimus.

x) *Diff. sel. t. 1. p. 366.*
 y) *Colleg. 6. disp. Misc. 4.*
 z) *Findic. c. 8. 12.*
 a) *de I. & L. 3. P. 11. tr. 1782.*
 b) *l. c. p. 367.*
 c) *Exercit. Apol. pro Grat. p. m. 222. se 79.*
 d) *T. 1. in 1. Thom. d. 85. c. 2.*
 e) *Opusc. disp. de Iust. p. 625.*
 f) *Theol. Zach. P. II. p. 158. se 99.*
 g) *de Grat. p. m. 652.*
 h) *l. c. p. 168. ad. Hornei. disp. P. I. p. 346.*

§. 20. Sequitur in normando eo quod Deum decet, V. ipsius
 Justitia. Quid apud Pontificios de Justitia Dei, an inter eun-
 dem & creaturam talis detur, disputetur, constare potest ex cer-
 tamine *Vasquezii* d) & *Suarezii*, e) inter se dissentientium,
 (num singulari Dei providentia, *Tannerus* judicet,) ap. *Dorsch.* f)
Vasquez. defendit *Luis. Turrian.* g) Complutensis *Lojolita.*
 Orthodoxam autem sententiam exposuit B. noster *Dorsch.* h)
 mediante scil. pacto divino, potuisse inter Deum & homines in
 statu integritatis intercedere justitiam distributivam & commu-
 tativam, non item præciso eodem, cum absolute loquendo in-
 ter Deum & homines nulla possit esse materia justitiæ specialis,
 tantum abest, ut inter Deum & hominem lapsum, sive extra, sive
 intra statum gratiæ consideratum, illam locum habere posse cum
Suarezio dicamus, quandoquidem ob peccatum adjacens ope-
 ra nostra, si non formaliter, adhesivè tamen mala sunt. Divina
 hæc justitia non subjacet divinæ voluntati, ita ut ex ratione ju-
 stitiæ suæ Deum aliquid decere dici debeat, quia ita libere vol-
 uit, sed ceu naturale & essentielle attributum habet se anteceden-
 ter ad eandem, sicut reliqua, quæ hæctenus ceu ratio divini de-
 cori sunt adducta. Justi per naturam suam Deus est amantissi-
 mus, injustique ultor severissimus, ita ut, cum in suis actionibus
 suæ quoque naturæ conformis esse debeat, nullum peccatum
 transmittere

transmittere possit, nisi iustitiæ ipsius fuerit satisfactum. Quare cum, ut nostri textus verba habent, Deus sit is, *δὲ ἐν τα πάντα, ἡ δὲ ἐν τα πάντα* quemadmodum in negotio creationis & gubernationis omnia rectè & iustissimè dispensavit, ita in negotio salutis nihil contra iustitiam facere eum decet, ut habet doctissima explicatio Dn. D. Sebast. Schmidii i) nostri. Unde cum DEUS (iterum pl. vener. nostri Præceptoris verba sunt, quibus more suo, h. e. ingeniose & profunde ex ipsis visceribus textus locum hunc explicat) in aeterno suo super humana salute consilio deliberaret, **IUSTUM HOC IPSI PER IUSTITIAM SUAM SUMMAM, DECENSq;** visum est, ut si quis vellet humanum genus, tanquam multos filios, sive ex iure filiorum in gloriam adducere, is anshorem salutis eorum, non prius ad consummationem humano generi salutarem perduceret, quam pro universo satisfecisset patiando.

i) Comm. h. l. MSS.

§. 21. Constat hinc rursus, quam decenter *πρέπον* divinum, prout illud se ex parte divinæ iustitiæ tenet, explicent non illi solum ex Reformatis, qui absoluto iure Deum innocentem creaturam aeternis cruciatibus addicere posse contendunt; sed & qui eundem ob repulsam gratiam reprobos, quia nec credunt, nec resipiscunt, quia contemnunt mandatum Dei, credere & resipiscere eos iubentis, ut *Piscator* k) loquitur, damnare asserunt, quæ tamen gratia serio nunquam eis fuit oblata, ad quos etiam salutis media nunquam pertinuerunt, quique ea etiam voluntate divina beneplaciti accipere nunquam debuerunt. Pertinet huc illud Prædeterminantium tam Pontificiorum, quam Calvinianorum dogma, quo modo irresistibili, necessitante, Deum in actiones hominum etiam malas præinfluere garrunt, ob quod tamen, quod secundum voluntatem Dei, etsi non præcipientem, efficaciter tamen decernentem & cogentem, vel ut *Bellarmin.* l) loquitur, torquentem fecerunt, puniuntur. Arminianorum quoque assertum divinam non decet iustitiam, potuisse scilicet, ut *Stephan. Curcellanus* m) evincere conatur, Deum iure absoluto condonare homini offensam, neq; requisita, neq; accepta ulla satisfactione, ideoque Christi satisfactionem non solum quoad Christum libere hoc onus in se suscipientem esse puram arbitrariam, sed etiam respectu *testis à Protoplastis* Majestatis divinæ fuisse purè talem, ideoq; non esse absolutè

k) P. II. Resp. ad Vorst. dupl. p. 313.

l) de amiss. grat. & stat. pecc. z. 13. m) de Iur. Dei in creatur. c. 5.

4

absolute de rigore equipollentem, sed ex contractu & conventionione inter Deum & Christum haberi pro equipollente. Ineptè contra à Papistis nobis objicitur, quod divinam lædamus justitiam, quando legis impletionem nobis impossibilem esse docemus; item à Calvinistis, quod idem peccatum ob assertam meriti Christi universalitatem committamus. Illos castigavit hoc nomine D. Menzerus, m) hos D. Feurborn, n) quæ Sociniani objiciunt, accuratè diluit noster Dn. D. Scherzerus, o)

m) T. 2. opp. p. 1196.
n) opp. p. 1057.
o) Coll. Antisoc. p. 309. 369.

§. 22. Ex amica misericordiæ cum divina justitia facta conspiratione salutare quoddam nascitur temperamentum, ita ut in suis actionibus & misericordiæ & justitiæ simul Deus habeat rationem, dum nimirum VI. divina sua sapientia planè admirabiliter singulari, & singulariter admirabili temperamento inter suam justitiam & misericordiam Deus ita agit, ut nihil, quod suæ vel justitiæ, vel misericordiæ & bonitati advesetur, vel divinis hifce perfectionibus indignum sit, Deumque non deceat, committat. Respicit quippe divina hæc sapientia ipsum Deum, eiusque naturam & attributa, quæ intuens, ea infinitate intellectus sui ita cognoscit, ut sciat quid se facere deceat, quinam sint termini juris & autoritatis suæ, quid facere possit, quomodo perfectissimæ, sanctissimæ, justissimæ & optimæ naturæ convenienter agere debeat; quid creaturis etiam singulis & illorum actionibus congruum sit, qua ratione gubernandæ, quid permittendum, quomodo vel præmiis vel pœnis afficiendæ, ut proinde merito ceu solus sapiens in Scripturis prædicatur. Rom. 16. 27. 1. Tim. 6. 17. Hæc divina sapientia rectè dicitur illa prudentia Dei practica, qua Deus quid se deceat, & quâ ratione suis attributis convenienter agere, & sic divinum decorum observare debeat, perfectissimè intelligit. Sapientiæ huic divinæ, & sic illi quod Deum, ideo quia est infinitè sapiens, deest, non adversatur veritas de voluntate Dei antecedente, homines conditionatè, si sc. credant, salvare volentis. Johan. 3. & consequente. Quanquam enim Molinaus p) hanc doctrinam, Deum insipientia alicuius accusare existimet, ineptè tamen, insipienter Deum velle garrit, quæ non nisi ordinatè vult. Promittit Deus liberis in præcepto IV. longævam vitam, si pii in parentes fuerint,

p) Anat. Armin. c. 5.

runt. Ephes. 6. 2. 3. & sic conditionate, num ergò insipienter?
Remonstrantibus etiam non concedimus, quando *Episcop. q*) *1. 2. opp.*
Deum docet, nec SAPIENTER, nec serio precipere posse actum, *P. II. f. 65.*
quem tamen pure pure suum esse vult effectum, v. c. fidem, quia qui
alteri serio ac sapienter precipit actum, sive effectum aliquem, is actum
istum fieri vult ab eo, ut actum officii eius. Nulla enim est connexio.
 Utique enim sapienter Deus hominem, ceu animal ambitiosum,
 ex delicata quadam sui æstimatione suam miseriam non agnoscentē, sui officii monere potest, ut id præstet, quod miser se præstare non posse ignorat; serid etiam eidem præcipere potest actum, quem non nisi divinis viribus præstare potest homo, ut nimirum ordini divino ob virium defectum se submittat, & à Deo vires imperata præstandi petat.

§. 23. A ratione denique eius quod Deum decet, non excludi debent divina *veritas & omnipotentia.* Sicut enim verax est Deus, ita promissis necessario stare tenetur, decetque eundem præstare, quæ libere promisit. Quapropter uti *omnia propter se,* ita quoque propter veritatem suam acturus Pater cœlestis, sicut salva veritate sua genus humanum citra omnem satisfactionem à culpa absolvere, & in gratiam recipere non potuit. *Quacunquē die comederis de arbore illa, morte morieris,* minatus fuit Deus Gen. 2. 17. cuius veritas est immutabilis Num. 23. 19. ita se decere iudicavit, cum Filium suum mundi redemptorem omnibus temporibus lapsis & misere afflicto generi humano promississet, eundem quoque passionibus & morti subicere, ut Scriptura impleteretur, suæque satisfaceret iustitiæ; quod etsi à *Gro- r) de Satis-*
rio, r) Vossio, s) Scholasticis negetur, *nullam aliam satisfactionis fact. c. 5.*
necessitatem admittentibus, quam ratione decreti divini, non habet à *s) Resp. ad*
ratione veritatis, iustitiæ, puritatis Dei scripturis tamen, immutabilem Dei veritatem nobis proponentibus potior est habenda *Iudic. Ra-*
Genes. p. 79.
 fides. *Calviniani* quomodo mendacem Deum faciant suis glossis, ostendit B. noster D. *Dannhaverus. t)*

§. 24. Caterum quanquam & ex nostris Interpretibus *e) Hodem.*
 nonnulli sic fuerint locuti, & rationem divini decori, de quo *Calvin. p.*
 noster locus agit, fecerint æternum Dei consilium. Ita namque *1219. 1382.*
 D. *Agidius Hunn. u)* verbo *DECEBAT,* inquit, *non hoc vult ad Ebr. f.*
Apostolus, 880.

4

Apostolus, quasi Christus ex debito ad subeundam pro nobis mortem fuerit adstrictus: sed eo verbo respicit Apostolus ad æternum illud Dei consilium, quo juxta beneplacitum suum constituit per eundem illum, per quem sunt omnia, nempe per filium suum instaurare omnia. Et B. D. Balduinus x) noster ita DECUISSSE, ait, nempe ex singulari consilio & voluntate DEI. Non tamen in sensu exclusivo vel opposito loquuntur, nec negant B. hi nostrates, Deum ita decuisse agere ex ratione veritatis, justitiæ & sanctitatis suæ, cum hæc attributa causa potius ex mente illorum fuerint, quare Deus non aliter, quam morte Filii, peccatores in gratiam recipere decreverit, ceu hoc ex scriptis illorum constat. Salmero y) quare Christum decuerit pro gloria electorum occumbere, duas adfert rationes, quia, inquit, alioquin homo periret. Et si homo periret, Deus ab universis creaturis non glorificaretur: quod etiam indecens esset, cum propter Deum glorificandum omnia sint condita. Nec est absurdum, autorem salutis pro nobis mori, cum sit caro, & frater, & proximus noster, & deceat hominem utilitati fratrum suorum prospicere. Sed ex textu hæc divini decori rationes probari non possunt, & sicut divinæ beatitudini & gloriæ nihil accedit, vel decedit, licet à suis creaturis non glorificetur, cum sibi ipsi sufficiat divina essentia, ita ut homolapsus Deum glorificaret, ipsius restauratione non erat opus, cum alias in hunc finem condere potuerit creaturas, imò ex lapidibus Abrahamo suscitare filios. Matth. 3. 9. Deinde pro ratione divini decori adducit Salmero, quod ad ipsum pertinet divinum decorum, cum non ideo ultimate decuerit Filium Dei pro nobis mori, quia est noster frater, cum tale ἀνθρώπου ὑπὲρ πάντων, 1. Tim. 2. 6. divina postulaverit justitia, sed quia Deo visum fuit ex admirando misericordiæ & justitiæ divinæ Temperamento pro mundi vita in mortem crucis tradere filium, oportuit eum assumpta carne nostrum fieri fratrem, ut pro nobis pati & mori, jure in super consanguinitatis nos redimere à potestate tenebrarum sanguine suo posset, Coloss. 1. 14. Cornel. à Lapid. z) rationem decori sic exponit: Cur Deum, inquit, decuerit, subindicat Apostolus voce consummare, & clarius id ipsum explicat vers. sequenti, quia scilicet decebat Christum fratribus assimilari, eisque præire; fratres autem Christi, id est, Sancti omnes,

x) Comm.
h. l. f. 1557.

y) T. 15.
Com. f. 692.

z) Com. h. l.

omnes, per multas passiones à Deo ad gloriam provec̃ti & perduc̃ti sunt, & in dies perducuntur. Verum ob peccata nostra passus est Christus, nobisq; patientiæ quod imitemur reliquit exemplum, 1. Petr. 2. 21. nos verò exempli loco ei in exercitio patientiæ in calamitatibus præstandæ, vel modo eundi in gloriam, esse non possumus, nec ipsum nostra vestigia sequi decet. Et quanquã suo nobis præverit exemplo, diverſi tamen passionis Dominicæ fines, ut recte monet Dn. D. Scherzerus, a) non sunt confundendi. a) Colleg. Primarius est pro mundi peccatis satisfactio. Matth. 20. 28. Joh. 10. AnriSocin. 15. Rom. 5. 8. 1. Cor. 8. 11. c. 15. 3. 1. Petr. 3. 18. Rom. 4. 25. Ebr. p. 466. 9. 15. Secundarius autem patientiæ, Matth. 10. 22. Joh. 15. 18. 19. humilitatis, obedientiæ, Philipp. 2. 5. exemplum nobis relinquere. Ob istum finem primario Christum mori oportuit, Deumque filium morti subijcere decuit. Deinde in textu non tam dicitur quid Filium Dei decuerit, quam quid pater, si salvum vellet esse genus humanum, se decere judicaverit, nimirum per passiones & mortem justitiæ suæ satisfactoriam filium glorificare.

§. 25. Simon Episcopus b) locum nostrum explicat de b) T. II. opp. divino proposito, per passiones filios multos in gloriam introdu- p. I. f. 473. cendi, quod Filium DEI in sua exprimere oportuit persona. seq. Fœdus, inquit, si ve propositum divinum erat, filios multos, & quidem peccatores, per passiones in gloriam introducere, utpote quia in passionibus maxime virtus obedientiæ & fidei relucet. Nil enim difficilius, quam credere aliquem sibi propitium, qui lædit, affligit, & cedit, aut voluntati illius morem gerere, qui te odisse, & tibi male velle videtur. Hoc propositum divinum ex loco isto Ebr. 2. 10. manifestè apparet: Decebat enim eum, per quem, & propter quem omnia, multos filios in gloriam adducentem; i. e. volentem & decernentem adducere, alias enim non constat locutio Apostoli; principem salutis ipsorum per afflictiones ipsorum consummare, aut consecrare. Act. 14. 22. Oportet nos per multas afflictiones ingredi in regnum caelorum. Cum verò & utile & necessarium, iudice eodem, sit, ut de hoc divinæ voluntatis proposito etiam constet certissima, quæ quidem æqua ratione postulari potest, via, voluisse ait Deum, ut interveniens mediator, huius fœderis divini speculum & signum in sua propria persona ob oculos poneret, hominibusq; divine

D voluntatis

4

voluntatis immobile & irrevocabile propositum conspiciendum daret.
 Sed 1. alia est conditio fœderis Evangelici, alia conditio subje-
 cti, cum quo istud fœdus Deus gratosè iniit. *Fœdus Evangelicum*
 cum *legali* ineptè confunditur ab *Episcopo b. l.* Pactum hoc
 equidem, *legale sc.* initum fuit sub conditione morali præstitæ
 obedientiæ, & quidem absolutissimæ & perfectissimæ, Levit. 18.
 15. Deut. 30. 15. seqq. c. 27. 26. Gal. 3. 10. Pactum verò Evan-
 gelicum à nulla operum, vel obedientiæ conditione, sed à solo
 Jesu Christi merito, fide apprehenso suspensum est, Marc. 16. 6.
 Eph. 2. 8. à conditione non morali, sed quæ certum ordinem
 notat, quem ipsè Deus instituit, juxta quem ex mera gratia no-
 biscum agere constituit. Ast qui sub fœdere hoc vivunt, illos
 decet *dignè vivere Evangelio*, Phil. 1. 27. suamque fidem etiam
 in tribulationibus obedientia & patientia probare. 2. Expli-
 catio hæc non congruit scopo Apostoli, qui non est explicare di-
 vinum propositum per tribulationes nos in gloriam introdu-
 cendi, quod sua passione, suoque Christus exemplo docere de-
 buit, qui primarius passionis finis non est; sed quod eundem
 mori & pati oportuerit, & sic per passiones in gloriam introire
 ex ratione divini decori, ipsius scilicet misericordia, puritate, justi-
 tia & sanctitate mortem eius, ceu satisfactionem pro lapsò gene-
 re humano, efflagitantibus.

§. 26. Hic verò spiritus *Arminianus*, adjuncto in socie-
 tatem spiritu *Sociniano*, contra primam responsionem tumultua-
 tur, & in assignanda differentia pacti *legalis & Evangelici*, ubique
 quidem conditionem operum ponendam adhuc docet, quan-
 quam ibi rigide & exacte, hic verò non ita præcisè & perfecte
 præstandorum. Ita namq; *Remonstrantes c)* hac in re, inquirunt,
observatio preceptorum Evangelica differt à legali, quod hæc plena, ri-
gida & præcisè esse debeat, & si unum modo interveniat peccatum, nec
remissioni, nec penitentiæ locus sit; illa verò ut plena, præcisè & ri-
gida sit, observatio non requiratur, dummodo adsit voluntas, nihil un-
quam faciendi quicquam, contra nullum legis sive preceptum, sive in-
terdictum, & in melius semper proficiendi: Si enim fiat, ut is, in quo
voluntas ista est, incidat in grave aliquod peccatum, interveniente pœ-
nitentiæ, peccatum istud non imputatur à Deo, & præcedens mandato-

c) Apolog.
c. 15.

rum divinorum observatio propter Jesum Christum habetur pro observatione, qua Deo grata & accepta est. Eadem garrunt Socin- d) de Ser- nus, d) & Crellius, e) item Pontificii. Verum etiam in N. T. Cat. p. 399. legem per se eandem etiam apud eos, quibus ad observandum est e) Rom. 3. proposita, urgere perfectionem, quam Moſis tempore postula- Opp. f. 395. vit, docet explicatio Christi, Matth. 5. 17. seqq. quod verò opera, etsi imperfecta, Deo placeant, nec Lex contra nos fulminare, nec etiam exactam à nobis obedientiam postulare queat, id fit propter Christum, per quem fide apprehensum legi satisfacimus, cujus merito & justitiâ nostra tegitur imperfectio, Psalm. 32. 1. Rom. 4. 6. & Paulus fidem opponendo operibus, non solum opera fidelium V. T. excludit, sed & suis post conversionem editis, eandem opponit, Phil. 3. 8. 9.

§. 27. Propter eosdem adversarios Remonstrantes sc. & Socinianos, Calvinianos etiâ, adhuc notandum, quod, quando in eo quod Deum decet, explicando, rationem quoque ipsius omnipotentiae habendam esse dicimus, illa non ut absoluta à Dei sanctitate, sapientia & justitia, sed ut ordinata, & reliquis divinis attributis temperata, concipi debeat. Amice quippe conspirat cum iisdem, ne Deus à seipso difformis, sibi contrarius & oppositis attributis instructus evadat. Recte scribit B. D. Dannhaver. f) t) Hodors. Calv. p. 209. noster: *Quod Deus per sapientiam, bonitatem, misericordiam, ac justitiam non potest, id simpliciter non potest, deque huiusmodi potentia vanum est cogitare. Implicat enim contradictionem, summam sapientiam posse esse non sapientem, summam bonitatem ac justitiam posse esse non bonam, non justam.* Ex quo constat, quid habendum sit de illis Episcopii, g) quando expiatio, inquit, fieri non poterat g) t. 2. opp. ex voluntate divina, neque eam fieri decebat, sine interveniente sacri- P. I. f. 478. ficio & sanguine. Etsi FORTE ABSOLUTE expiare poterat voluntate sua pura pura, libera & gratiosa. Scepticè nimirum & imprudenter hæc dicuntur, quod enim Deus salva sua justitia non potest, id prorsus non potest, at peccatum impune dimittere penitus salva sua justitia non potest. E. Quod aded manifestum, ut ipse etiam Episcopus h) vi veritatis coactus ita scripserit: *Aequi- h) l. e. tatem huius rei, quod sc. expiationem sine interveniente sanguine fieri non decebat, demonstrabat amor justitia divina, quo ille ju-*

4

justitiam amat, & odio habet peccatū quod excellentissimū est, quod Deo potest tribui, & tanquam fundamentum in omni religione sartum, rectum manere debet. Mox hoc ita fieri appellat necessitatem, seu potius summam decentiam. Deinde admodum familiare est Remonstrantibus, Deo quæ possit adscribere ex jure Domini, quæ tamen non potest vel ex ratione justitiæ, vel si ea possit, facere tamen nescit, nisi quia est supremus in orbe judex, confundentes hoc modo actus supremi domini, cum actibus supremi divini judicii, ceu norunt, qui hæc, quæ orthodoxis cum hoc genere hominum intercedunt, controversias tractarunt.

i) P. III. de Ser. c. 1. add. Gitschium C. 1. p. 3.

Socii) per doctrinam de satisfactione Deum omnipotentia spoliari fingit, quia minus possit, quam vilissimus homuncio, qui offensus sine satisfactione alteri condonare potest; sed alia est ratio hominis privati, quem, quia judicem superiorem habet, DEO vindictam committere decet, alia Dei supremi & totius universi justissimi Judicis, qui suam sanctitatem, veritatem & justitiam abnegare non potest; ut proinde, cum citra satisfactionem offensam condonare nescit, id non ex impotentia, aut defectu virium, sed ex summa perfectione naturalis sc. sanctitatis ac justitiæ provenire censeretur. Calvinianorum σοκολιοξίαν notavit B. D. Dannhauserus. k)

28. Ita divina attributa sunt ratio eius, quod vel aliis, in aliis sc. operibus & actionibus, vel in specie in negotio nostræ redemptionis & restitutionis, Deum decuit; non scil. pura pura & absoluta Dei voluntas, præcisâ puritate, veritate & justitia illius; Sequitur enim hæc ipsam divinæ essentia naturam, quæ bona, sapiens, misericors, & justa est antecederet ad voluntatem, ut sic Deus nil, ceu se decens, velle queat, nisi quod sanctum est, sapiens & justum; sed divina hæctenus considerata attributa, optimo & sapientissimo, sanctissimoque Numini sunt instar legis æternæ, qua nil se decere novit, nisi quod sua natura, suisque attributis dignum est.

§. 29. III. ita quaeritur, quid Deum deceat? Exprimat hoc textus noster his verbis: ἀγαθόν τε ἵνα πολλοὺς υἱοὺς εἰς δόξαν, τὸν ἀρχηγὸν τῆς σωτηρίας αὐτῶν διὰ παθημάτων τελειῶσαι, adducentem multos filios in gloriam principem salutis illorum per afflictiones persequens

fectum reddere. Participium ἀγαθόντα quomodo regatur, quid respiciat, & quomodo poni debeat, doctissimos quosque videas inter se dissentire Interpretes, quorum cum accuratum examen instituerit doctissima Pl. Venerandi Præceptoris nostri Dn. D. *Sebastian. Schmidii* Commentatio, actum ab illo optime nobis non agendum erit. Recte interim affirmat *Erasmus Schmid*, l) τὸ ἀγαθόντα, non pertinere ad ἔπρεπε, cum leges Grammaticæ id non ferant, ut bene observavit *Justinian*. m) sed potius respicere infinitivum τελειῶσαι; sic enim simplicissimè omnia coherent, nec opus est contorta ulla traiectione, qua, verum contra codicum fidem, participium hoc conjungitur hoc modo: δι' ὃν τὰ πάντα, πολλὰς ἡμῶν εἰς δόξαν ἀγαθόντα. vel qua *Justinianus* illud refert ad ἀρχηγόν; quæ prolixius apud Dn. D. *Sebast. Schmidium* nostrum discutiuntur. Quis verò ille ἀγαθὸν sit, quanquam alii, B. *Dorscheus*, n) *Bened. Justinian*. o) ex Patribus etiam *Theodoretus*, *Ambrosius*, Filium, regem istum Sionæum, intelligant, alii tamen malunt de Patre explicare, etsi non eodem modo id fiat. Nobis quoque placet hæc interpretatio, quam etiam Pl. Vener. Dn. D. *Sebast. Schmidio* d) nostro probari vidimus, quæ de Patre participium hoc accipit. Sicut enim τελειῶσαι distinguitur ab ἀρχηγῶ, qui est Christus, tanquam τελειωμένα, ita cum ἀγαθὸν εἰς δόξαν πολλὰς ἡμῶν sit ille τελειῶσαι, non ipse ἀρχηγός Christus, sed ab eodem diversus hic sit, Pater sc. secundum Scripturæ phrasin, necesse est. Deinde si duos hos accusativos ἀγαθόντα & ἀρχηγόν attentius consideremus, de diversis suppositis sermonem esse manifestum erit. Prior enim accusativus ἀγαθόντα qui positus est ob infinitivum, est casus agentis; posterior verò ἀρχηγόν est accusativus personæ, cui aliquid fit, & acquiritur, sc. τελείωσις sive perfectio; unde cum duæ distinctæ sint personæ, altera agens, quæ perficit, & altera, cui aliquid fit, quæ sc. perficitur, secundum ordinem, qui in divinis locum habet, istum ἀγαθόντα dicimus esse Patrem, ἀρχηγόν verò Filium Dei, generis humani redemptorem, quem per passiones oportuit in suam introire gloriam. Luc. 24. 26. Digna verò est observatio, quare Apostolus omisso articulo dixerit ἀγαθόντα, & non potius adhibito articulo τὸν ἀγαθόντα, quemadmodum di-

l) Not. h. l.

m) Comm. h. l. f. 643.

n) Theol. Zach. P. 6 p. 154.

o) l. c.

d) l. c.

4

e) *Anti-Christof.*
p. 198.
f) *Com. h. l.*

xit τῶν ἀρχηγῶν. Et si enim, ut rectè monet B. noſter D. *Dann-
havverus* e) articuli observatio plerumq; curioſa ſit & ſuperſtitioſa,
ſæpe etiam ſine articulo certa perſona ſignificetur. Actor. 7. 10. 18.
notavit tamen Dn. D. *Sebaſt. Schmid.* f) quod, quando in
theſi loquimur, omittere ferè ſoleamus articulum, unde verba
hæc: πολλὸς ἦν εἰς δ' ἔειπεν ἀγαθὴν, divinum conſilium ſuper ſa-
lute humana in theſi, & in genere exprimere ait, hoc ſcil. ſenſu:
*Cum namque Deus in æterno ſuo, ſuper ſalute humana conſilio deli-
beraret, juſtum hoc ipſi, per juſtitiam ſuam ſummam, decenſque viſum
eſt, ut ſi quis vellet humanum genus, tanquam multos filios, ſeu ex
jure filiorum in gloriam adducere, is autorem ſalutis eorum non prius
ad conſummationem humano generi ſalutarem perduceret, quam pro
univerſo ſatiſfeciffet patiendo.*

g) *Com. f.*
423.

§. 30. Quanquam verò *Eſthius* g) quoque per ἀγαθὴν
Patrem notari exiſtimet, iſtam tamen adductionem ad gloriam,
de glorificatione in hoc ſeculo coram hominibus explicat. *Ni-
hil, inquit, eſt, quod cogat hanc partem accipi de gloria cœleſti, cum
ſit & gloria quædam temporalis, qua Deus ſuos cultores interdum cla-
ros apud homines efficere ſolet. Videtur ergò Paulus hoc velle, quod
Deus ante multos filios per varias afflictiones (id enim ſupplendum)
ad gloriam adduxerit, i. e. glorioſos ac celebres in hoc ſeculo reddide-
rit, quando nondum predicata mortalibus erat gloria cœleſtis. Sed
falſa eſt hypotheſis, qua nititur hæc interpretatio, nimirum ante
Chriſti paſſionem neminem ad gloriam cœleſtem admiſſum fu-
iſſe, Chriſtumque ad infernum deſcendiſſe, ut ad mentem Pontificiorum
V. T. è limbo infernali educeret, ut ad mentem Pontificiorum*

h) *l. 4. de
Chriſt. c. 12.*
15

ſingit *Bellarmin.* h) *Agnus* enim ſicut occiſus eſt ab origine mundi,
Apoc. 13. 8. ita quoque ab origine mundi ſe eius exeruit effica-
cia: & ſicut *Jeſus Chriſtus heri & hodie idem eſt, etiam in ſecula,*
Ebr. 13. 8. ita ſicut hodie fide defuncti ad viſionem Dei beatiſi-
cam admittimur, ita & heri, h. e. ab origine mundi jam defun-
cti in Deo ad eandem ſunt admiſſi. Deinde non aliter, quam
de gloria cœleſti hæc pars accipi debet. De illa enim gloria eſt
ſermo, quæ 1. noſtra quoque appellatur *σάλωτις*, ſalus, & ob
quam Chriſti ſatiſfactione partam, ille quoque ἀρχηγὸς τῆς σω-
τηρίας audit v. 10. quæ 2. eſt gloria filiorum Dei, h. e. creden-
tium

tium, quæ se habet ad passionem Christi consequenter, ceu fructus illius. quæ 3. est gloria illorum qui sanctificantur, & fratres Christi appellantur; Filii enim *multi in gloriam adducendi*, qui v. 10. dicuntur, Apostolo v. 11. sunt illi, *qui sanctificantur*, ob connexionem v. 11. cum v. 10. Atqui gloria hæc non alia, quam cælestis esse potest. Ergo & hæc h. l. intelligi debet. Inepte verò mentem Apostoli hanc esse dicit *Esthins*, quasi dicat: *Voluit Deus Pater Christum subire eandem legem & conditionem, qua solet cæteros filios ad gloriam adducere, nimirum per afflictiones.* Sed hanc inversam divini ordinis rationem supra jam in *Cornel. à Lapide* notavimus: absurde nimirum dici, Deum decere, Christum caput nostrum, & *πρωτότοκον*, in nostram transformare imaginem, cum nos potius ad ipsius exemplum per multas tribulationes oporteat in gloriam introire. Phil. 2. 5. seqq. 1. Petr. 2. 21. Quamquam enim id non debeat negari, Christum ob nostra peccata variis calamitatibus fuisse subjectum, & per afflictiones in gloriam suam introisse, quemadmodum & nos per varias tribulationes in æternam transimus quietem, ut hac ratione nobis similis factus dici queat, ratio tamen, propter quam Deum deceat auctorem salutis nostræ *per afflictiones ipsamq. crucem consummare*, non est, quod *multos filios suos per multarum adversitatum tolerantiam ad gloriam adduxit*, uti quidem *Esthins*, quem incaute alii sequuntur, opinatur, cum inverfo potius ordine se res habeat, ut dictum.

§. 31. *Horneius*, i) *Iustinianus*, k) alique vocem *ἀγα-* i) *Com. b. l.*
γόνια, explicant de decreto predestinationis, qua scil. ad salutem æ- k) *Com. b. l.*
ternam ab æterno filios suos adducere destinavit; sed non agitur hoc loco de decreto adducendi ad gloriam, seu salvandi, sed de ratione salvandi in tempore prævia satisfactione Jesu Christi instituenda.

§. 32. Cæterum quando illi, quos Deus Pater in gloriam adducturus est, dicuntur *Filii*, non intelliguntur, ut *Salmero* l) 1) *Com. r.*
quidem interpretatur, *Angeli, quia & illi Job. 1. 2. & 38. Filii Dei* 15. f. 692.
dicuntur, & quia etiam jam in gloriam sunt introducti, sed refutatur
ab *Esthio*, m) partim quia Paulus in præsentī disputatione an- m) *b. l.*
gelos non facile filios vocaverit; partim quia consequentia huic
interpre-

4

interpretationi repugnant; partim denique, quod nos addimus, quia hypothesis, qua hic discursus nititur, falsa est, quando non apparere ajunt Pontificii, quos ante passionem filios Deus adduxerit in gloriam, aditu regni cœlestis nondum patefacto. De hominibus ergo loquitur Apostolus, dicunturq; ex numero horum salvandi *Filii*, ad significandam qualitatem eorum, qui in gloriam adducendi sunt, quod scilicet nemo ex propria dignitate ob sua merita, salvus sit futurus, sed jure tantum filii, h. e. per fidem. Nam ὅσοι ἔλαβον χριστὸν, ἔδωκεν αὐτοῖς ἐξουσίαν τέκνα τοῦ θεοῦ γενέσθαι τοῖς πιστεύουσιν εἰς τὸ ἰσὺν αὐτοῦ, quotquot *Christum* receperunt, dedit eis, ut liceret filios Dei fieri, videlicet his, qui credi-

n) *Synag.*
6.6.c.18.

dissent in nomen ipsius. *Joh. 1.12.* Perverſa est *Polani* n) glossa, quando pro solis *Electis* Christum esse mortuum, ex nostris it probatum verbis: v. 9. de solis *electis* sermonem esse inde contendens, quia *Christus* pro illis omnibus mortem gustavit, quos filios Dei in gloriam adducendos mox vocet auctor *Epistole ad Ebraeos*, quorum salutis causa Pater Christum per afflictiones consecravit, qui sanctificentur à Christo, quos non erubescat fratres vocare & pueros, quos ipsi dederit Deus. Sed petit principium *Polanus*, & inde petit rationem, quod falsum est, & adhuc in quæstione. Verum est, quod pro illis omnibus mortem gustavit Christus, qui sunt in gloriam adducendi, sed non pro illis solis, quod tamen assumitur, unde nec pro solis *electis*; & inepte *Polanus* illa, ut æque lata, complicat, quæ auctor *Epistole*, ut non pariter lata discriminat, ut loquitur B. D. *Fewborn*. o)

o) opp. p.
185. add.
p. 1208.

§. 33. Decuit itaque Deum patrem πολλὸς ἦν εἰς δόξαν ἀγαθόντα, Christum ἀρχηγὸν salutis nostræ διὰ παθημάτων τελευτᾶσαι. Quem h. l. Paulus appellat ἀρχηγὸν τῆς σωτηρίας, illum Petrus Act. 3. 15. vocat ἀρχηγὸν τῆς ζωῆς. Ebr. 12. 2. dicitur ἀρχηγὸς τῆς πίστεως. Dum vero elogio ἀρχηγὸς τῆς σωτηρίας gaudet Christus, evincitur hinc 1. divina eius natura, quæ probatur ex divino opere redemptionis. Assumpta enim forma servili, obedientia sua tam activa, quam passiva, patiendo, moriendoque, justitiæ divinæ vindicatrici pro peccatis nostris ex asse satisfacere, & à justitia distributiva divina pro hominibus gratiam & gloriam, mereri, non puri hominis, sed infiniti valoris & dignitatis

tatis opus est. Quæ Socinus p) contra objicit, diluit B. noster p) Resp. ad
 D. Dorscheus. q) Meritum quippe Christi hoc elogio notatur, argum.
 quo, qui eramus filii iræ, Eph. 2. sub potestate tenebrarum, à malis Bellarm.
 his liberati, in regnum Filii Dei translati sumus, quod cum sit in- Et W. K.
 finitum, à solo quoque Deo hoc negotium hoc expediri potuit. p. 462.
 Sollicitè equidem disputant, unde infinitus iste valor meritorum q) Pentad.
 Christi ex parte operantis sit ortus, ex Pontificiis Vasquez & p. 359.
 Tannerus, quos B. Dorsch. r) examinat, rectissime existimans infi- s) l. c. p. 270
 nitam majestatem Christo secundum humanam naturam communi-
 catam, & secretissimam illam naturarum duarum unionem commu-
 nationemq; idiomatum communicationem, & operationum utriusque
 natura ad unum apotelesma κοινωvιαν ἀσύγχυτον, esse causam infiniti
 valoris. II. Temporalis Christi humanitas per hunc titulum co-
 gnoscitur. Est enim ἀρχυός τῆς σολησίας perfectus à Deo Pa-
 tre διὰ παθημάτων, quæ diversam à divina naturam indicant, hu-
 manam scilicet secundum quam per totam vitam omnis generis
 ærumnas, passiones, & molestias sustinuit, cum in divinam tales
 non cadant. Est præterea Christus ἀρχυός τῆς σολησίας, pauli-
 s) per diminutus infra angelos, διὰ τὸ πάθημα τὸ θανάτου, δόξῃ ἢ τι-
 μῇ ἐσοαυομένῳ. v. 9. qui sicut pueri communicaverunt carne &
 sanguine, sic participavit eisdem. v. 14. qui semen Abrahe assu-
 sit. v. 16. III. Inlinuatur duarum naturarum unio, & persona u-
 nitas. Est enim ἀρχυός qui est Deus & homo, unus θεῶν ἑσῶτος,
 unus Jesus, qui pro omnibus gustavit mortem, v. 9. IV. Pro-
 batur hinc Officium Christi sacerdotale & mediatorium, ipsiusque,
 siue personam satisfaciendam, siue objectum pro quo satisfaciend-
 um, siue actus satisfactorios spectes, satisfactio perfectissima &
 sufficientissima. Est enim ἀρχυός mediatorius, ut sacerdos, per
 sacrificium crucis, ut Esthius s) loquitur, qui ὑπὲρ παυλῆς mor- s) Com. h. l.
 tem gustavit. Notat enim hic ὑπὲρ vicem & locum, non uti-
 litatem tantum nostram, ita ut particula hac non tantum satis-
 factionis Christi veritas, sed & universalitas inlinuatur: Soci-
 nianus s) quæ contra objicit spiritus, excipit & diluit Dn. D. s) P. II. de
 Scherzerus, t) probans particulam ὑπὲρ, firmius quam mallerent Ser. c. 8.
 adversarii, vicem & locum notare. Perfectissima est Christi sa- Crell. contr.
 tisfactio i, ratione persona satisfaciendæ, quia est ἀρχυός θεῶν ἑσῶτος Grot. c. 9.
 E t) Colleg.
 satisfactio- Antisoc. p.
 484. seqq.

4

satisfactio, ubi ad commune hoc ἀποτέλεσμα qualibet natura agit, quod suum est, cum communicatione alterius, quod eleganter olim explicavit *Damasceus*. u) Perfectissima 2. ratione *objecti*, pro quo satisfaciendum erat, si reale consideres, peccata nimirum mundi, tam originale, quam actualia, quocumque veniant nomine; quia est satisfactio ἀρχηγῆ, personæ infinitæ. Re-
 x) *Pentad. pugnaret* autem, ut loquitur *B.D. Dorscheus* x) noster, *infinitudini valoris satisfactionis, si ad originale tantum, non etiam ad actualia, ad præterita tantum, non etiam futura peccata, pœnasque æternas, non etiam temporales, ut pœna sunt, exhauriendum efficax foret. Personale objectum sunt homines, non certi tantum, sed omnes; pro omnibus enim mortuus est Christus, v. 9. quos Deus Pater cœu Filios suos in gloriam adducere intendit, pro illis mortuus est Christus, atqui omnes voluit, cœu alibi probatur. E. satisfaciendo pro omnibus mortem gustavit Princeps salutis nostræ. Illud contra Pontificios, hoc contra Calvinianos notandum. Perfectissima denique 3. est ratione actuum, quia actus ad satisfactionem necessarios perfectissime Christus præstitit. διὰ παθημάτων enim perfectus est: ubi παθήματα, ut supra observatum, omnis generis passiones, molestias & labores, quos per totam vitam toleravit, significant, ne obedientia quidem activa exclusa, cum ut ἀρχηγὸς salutis nostræ esset, debuerit liberos reddere, qui *servituti*, quam etiam legi serviebant, erant obnoxii. v. 15. Cum vero Deum Patrem ex ratione justitiæ suæ ita Filium per passiones perficere decuerit, quanta etiam huius satisfactionis sit pro redimendo genere humano necessitas abunde cognoscitur, quæ fufius docetur à *D. Nicol. Hunnio* y) nostro.*

§. 34. Cæterum cum ita perfecta sit hæc satisfactio, ut pro omnibus nostris peccatis sufficienter sit solutum, quicquid divina requirebat justitia, ob veritatem, divinam item hanc justitiam, cui semel tantum satisfieri oportuit, Christique gloriam, Deum non decet, aliam satisfactionem & solutionem à nobis præstandam postulare. Non enim solus διὰ παθημάτων ἀρχηγὸς τῆς σωτηρίας ἡμῶν dici posset Christus, si adhuc à nobis aliquid ad salutem æternam consequendam necessarium præstari deberet; si ut *Tannerus* z) loquitur, non ita nos Christus redemit

u) l. 3. or-
 thod. fid.
 c. 15.

x) *Pentad.*
 p. 271.

y) *Ex. Er-*
ror. Phet.
 p. 396.

z) *Tom. IV.*

Theol. schol.

disp. l. f. 89.

3.

5.

demit, aut pro nobis satisfecit, ut ipsa satisfactio aut redemptio in nobis plenum effectum non habeat sine nobis, ita ut nobis nihil agentibus, aut non cooperantibus contingat salus sive prima sive ultima. Rectè contra argumentatur B. D. Dannhaverus a) noster: Omne assumentum rei contra naturalis, qualis est accessus meritorum nostrorum ad gratiam à Christo partam, Rom. 2. 6. evertit rem: Item: Omne assumentum in arctum restringens merita Christi, elevat illa ipsa. Tale autem est assumentum nostrarum satisfactionum. Peccant itaque contra hoc decorum divinum Pontificii, cum nosmet ipsos, nostris quoque satisfactionibus cooperari posse & debere gariunt, vel ad nostram salutem, cum ad illam ipsi disponimur, & pro peccatis nostris satisfacimus, idque per Christi gratiam, vel ad salutem alienam, cum aliis sacramenta & satisfactiones nostras applicamus, ut Tannerus b) loquitur, secutus Concil. Tridentinum, c) quod divinam clementiam DECERE statuit, ne ita nobis peccata, absque ulla satisfactione dimittantur. Peccant iid. in Sacrificio Missæ, quo denuo pro peccatis tam vivorum, quam mortuorum Christum immolari & offerri debere docent, cum tamen jam διὰ τοῦ ἀθανάτου ἰησοῦ χριστοῦ ἑσώθηται ἡμῶν, qui non bis, sed semel tantum offerri & perfici debuit, Ebr. 7. 27. c. 9. 26. c. 10. 10.

§. 35. Prolixius autem de eo quod Deum decet, acturi, secundum omnia attributa illud explicare possemus, verum cum dissertationis angustia id non permittat, partim etiam illud ex illis, quæ supra de attributis hisce diximus, & notata ibidem adversariorum divinum Decorum lædente ἐρεσδοξία, colligi à quo vis queat, saltè e.g. de æquitate, cuius illustre monimentum textus nobis noster insinuat, quod filium suum ἀθανάτου ἰησοῦ χριστοῦ fieri, & διὰ τοῦ ἀθανάτου ἰησοῦ χριστοῦ perfici admisit Deus, quæ, & quatenus ea illum decet, nonnulla subjiciemus. Equum sanè Deum esse decet erga genus humanum, cum natura sua sit quidem justus, χενης tamen, & placabilis. Nec male forte huius æquitatis divinæ principium aliud dicimus esse movens, aliud dirigens. Movens est vel internum, infinita scil. Dei bonitas, Psalm. 25. 8. Matth. 19. 17. φιλανθρωπία Joh. 3. & misericordia, Exod. 34. 6. Jerem. 31. 20. Jon. 4. 11. Matth. 18. 27. vel externum, extrema scil. hominis miseria, me-

4

morabili ὑποστροφή ante oculos posita, Ezech. 16. quæ, non
 Diabolorum miseria, ad commiserationem Deum movit, id
 d) *Com. in 2. ep. Petr. p. 206.* quare, malum cum B. D. Gerhard. d) grato corde φιλανθρωπίας
 Dei in remedio generi humano præstito agnoscere, quam profundita-
 tem divinorum iudiciorum curiosius extra verbi limites scrutari.
 Absoluto interim reprobationis decreto esse factum, rectè ne-
 gavit B. Dorscheus. e) Principium dirigens divinam æquitatem
 c) *Interpell. contra Trigl. p. 36.* Deo decoram, est purissima ipsius sanctitas, quæ immutabilis est
 idea omnis eius, quod verè sanctum dicitur; *Justitia* sanctissima
 omni peccato inimica; *Misericordia* benignissima, Ose. II. 8. 9.
 & paterna. Psal. 103. Tit. 3. *Sapientia* profundissima, Rom. II. 33.
 quæ admirabili inter justitiam & misericordiam temperamento
 æquitatis nobis salutaris in Deo causa est & ratio, quæque est ve-
 ra illa *æquiprudentia*, qua Deus, quomodo jure suo erga delin-
 quentem cum suis attributis, tum ipsius facti circumstantiis con-
 venienti quadam ratione uti debeat, perfectissimè intelligit.
 Non excludenda est, ceu ratio *imperans*, divina voluntas, æque li-
 berè, atq; gratiosè, convenienter tamen divinæ sanctitati, miseri-
 cordiæ & justitiæ, de rigore sui juris remittere decernens, inclinans
 potius ad ἐπιείκεια, quam ad juris rigorosi executionē. Ose. II. 8. 9.
 §. 36. Cum verò Deum decuerit τὸν ἀσχηρὸν τῆς οὐσίας
 ἡμῶν ex justitiæ necessitate perficere per *passiones*, æquitatem hanc,
 quam Deum lapsò generi humano ex misericordiæ suæ ratione,
 ceu objecto miserabili, exhibere decet, non absolutam, sed in
 Christo quoque fundatam esse necesse est. Placuit enim Deo
 pro sua infinita φιλανθρωπία non stricto erga peccatorem uti ju-
 re, sed misso Filio unigenito è *potestate tenebrarum* nos eripere.
 Coloss. I. 13. *ut omnis, qui credit in eum, non pereat, sed habeat vi-
 tam æternam.* Universalis etiam est, & pertinet ad voluntatem
 Dei antecedentē, sicut ipsa divina gratia, quæ omnes homines cū
 insuperabili sua calamitate conflictantes complectitur. Divi-
 næ huius æquitatis monumentum fuit admirabile istud Tempe-
 ramentum, quo divina sapientia inter misericordiam & justitiam
 Dei ita egit, ut huius & illius gloria enituerit, reatu & supplicio
 peccati ab homine peccatore in Christum translato. 2. Cor. 5. 19.
 Quanquam enim, ut supra disputavimus, peccata necessario pu-
 niantur»

niantur, non ita strictè tamen hæc necessitas urgenda est, quasi ista executio semper *nal' ἀνεξέλεγκτων*, & non *nal' ἀνίσταται* instituenda foret. Pœnam postulant lex & justitia, sed justitiæ non adverstatur, ut dimisso peccatore ipsius vas puniatur. In lege f) de Sa- & sanctione pœnali, inquit *Turretin*. f) *Duo sunt distinguenda, iusfact. p. 25*

1. *denunciatio mortis, qua fit propter peccatum.* 2. *Comminatio, que fit ipsi peccatori.* Prius est de *JURE DEI ATERNO* immutabili & indistensibili, unde remissio non potuit obtineri nisi per mortem & sanguinis effusionem, qua fuit pœna peccati: At posterius est de *JURE DEI LIBERO* & positivo. Potuit enim Deus vel peccatorem ipsum plectere, vel pro illo, si liberet ex gratia cum ipso agere, vadem substituere. Etsi enim in foro humano supplicium in alium, invitum potissimum, transferri non possit, substitutio tamen, qua fit, ut alter peccati ab alio commisso pœnam ferat, ut sic spectata, justitiæ non repugnat, ceu non inerudite hæc disputantur à D. *Meisnero* g) & *Turretino* h). Quæ impio ore *Socinus* i) contra effudit, confutavit D. *Stegmann*. k) noster.

g) *Anthropol. P. III. p. m. 328. seq.*
h) *l. c. p. m.*

§. 37. *Johannes Crellius* l) *Ecclesiæ Racoviensis minister,* divinam æquitatem, Deumque consequenter, hoc admirandum Temperamentum non decere, probaturus, ita scribit: *Æquitas, ut vulgo etiam notum est, suadet, ut nocens potius dimittatur, quam innocens puniatur.* Deus, qui ipsa est æquitas, mallet innocentem, & per omnia sibi obsequentem punire, quam nocentem dimittere, aut aliquanto mitius punire, & eiusmodi puniendi rationem in lege sua sanciret, qua facile plerorumq; in ea lege observanda studium retardasset. Sed cum ipse *Crellius* *Grotio* concedat, non esse simpliciter injustum, quempiam punire ob aliena delicta, si nempe is ipse, de cuius pœna agitur, eam commertus fuerit; detur ratio, quare injustum & divinæ æquitati in lapsum genus humanum, cum quo non secundum juris sui rigorem, sed gratiose agere Deus constituit, contrarium sit, Deumque non deceat ob aliena delicta illum punire, qui ista sibi imputari voluit, quique infirmitates nostras sponte suscepit, morbosq; portavit, *Es. 53. 4.* quique illas etiam in se suscipiendi jus atque facultatem habuit. Nec retardatur studium pietatis, cum *Christus* non venit, ut legem solveret, sed ut impleret, *Matth. 5. 17.* illis etiam pro quibus *Christus* mortuus est, dicitur,

141.
i) *de Ser- Sat. P. III. p. 251.*
k) *Photin. p. 678. seq.*
l) *Resp. ad Grot. de satisfact. T. IV. Opp. f. 106.*

4

dicitur, Rom. 8, 13. *si secundum carnem vixeritis, moriemini. & qui spiritu ambulant, concupiscentiam carnis non perficiunt.* Galat. c. 5. v. 16.

§. 38. Sicut itaque Deus peccata nostra filio suo, ἀρχὴν τῆς σωτηρίας ἡμῶν, imputando, suo divino decore nil indignum fecit, ita quoque peccatum nobis Adami imputando, nil quod suam dedeceret æquitatem, egit. Et si enim ad similitudinem transgressionis Adami non peccaverimus, Rom. 5, 14. revera tamen in Adamo peccavimus. Ea enim, quod nostra voluntas virtualiter continebatur in voluntate Adami, ea, inquam, voluntatis nostræ, & Protoplasti fuit conjunctio, ut patre ad inobedientiam inclinante, nostra quoque voluntas, qua in Adami voluntate radicata erat, una inclinaverit. Recte B. D. Hülfemann. m) scribit: *Si nunc verum est, qualis terrenus, tales terreni* 1. Cor. 15. 48. *multo magis ob perfectam harmoniam affectuum verum fuisset, qualis parens, tales filii.* Graviter potius errant ipsi n) quando ita scribunt: *Nil cogit eos dicere, peccatum Adami posteris eius sic fuisse à Deo imputatum, quasi DEUS posteros Adami revera censuisset eisdem cum Adamo peccati & culpa, quam Adamus commiserat, reos. Imo non scriptura, nec VERACITAS, nec SAPIENTIA, nec DIVINA BONITAS, nec PECCATI NATURA, nec RATIO JUSTITIAE atq; ÆQUITATIS permittunt, ut sic Adami posteris peccatum Adami imputatum fuisse dicant. Scriptura Deum testatur Adamo soli pœnam fuisse comminatum, & eam Adamo soli inflixisse: divina bonitas, veracitas & sapientia non sinunt, ut alienum peccatum alteri propriè imputet: Contra naturam peccati est, ut censeatur peccatum, aut ut propriè in peccatum imputetur, quod propria voluntate commissum non est: contra justitiam & Æquitatem est, ut quis reus agatur propter peccatum non suum, ut verè nocens judicetur, quod quoad propriam suam voluntatem innocens est, seu potius non nocens. Et hac injustitia tanto major est, quanto pœna, quæ ex ista imputatione sequitur, gravior est. Summa itaque injustitia est, si pœna, quæ imputatur, sit æterni sensus pœna.* Eadem sectantur Sociniani. n) Quibus autoritate scripturarum frieti constanter nostram opponimus sententiam, quod primum peccatum actuale una perpetrave-

m) de Auxil. Grat. p. 65.

n) Apol. c. 7 r. 2. Opp. Episc. P. II. f. 151.

n) Socin. prælect. c. 4.

petraverimus, quia nimirum mente, voluntate & affectibus in Adamo fuimus, ut *Hulfemann*. o) loquitur. Cum enim in uno omnes essemus, in communem perniciem perpetratum est peccatum, unde omnes in Adamo etiam dicimur peccasse, Rom. 5.

12. Quare cum scriptura Protoplastorum peccatum nostrum esse dicat, non agit contra *veracitatem* suam, nec contra *bonitatem*, nec contra *peccati naturam*, nec contra *aquitatem*, si nos ob nostrum, non alienum peccatum, damnationis reos pronunciat. Nec soli Adamo fuit Deus pœnam comminatus, sed toti generi humano in ipso existenti, cuius ille personam referebat: unde cum peccatum etiam Adami non fuerit personæ præcisè, sed potius naturæ, non dici potest alienum penitus nobis imputari peccatum.

Bene rursus noster D. *Hulfemann*. p) *Postquam Adam p) l. c. defecit*, inquit, *nos omnes defecisse censendum est, & revera una defecissemus, si ante statum lapsus nati fuisset, unaq; deficeremus, si vel hodie Adamus laboretur*. Ipsi Remonstrantes cogitent, quod si divina bonitas, veracitas & sapientia non finat, ut alienum peccatum alteri proprie imputer, qui ex sola Dei voluntate, & sic ex

pura puta Dei imputatione, ut *Corvin*. q) loquitur, tractari possimus, tanquam si gravissimi essemus peccatores, ut *Episcopus* r) suorum mentem explicat. quam tamen *σκολιδοξίαν* confutavit D. *Hulfemann*. t) quam & nos alibi t) examinavimus.

§. 39. Salva præterea divina justitia non indecorum fuit Deo, quod potius ceu æquitati ipsius, si fructus ipsius in nos redundare debeat, congruum deprædicandum dicimus, quod am satisfacere ipsi nos non poteramus, de suo pretium nobis dedit, quo debitum perfolveremus. Το δὲ ἀδύνατον τῶ νόμου ἐν ᾧ ἠδένει διὰ τῆς σαρκὸς ὁ Θεὸς τὸν ἑαυτοῦ, ἣν πέμψας ἐν ἡμοῖς ἀμάλι σαρκὸς ἀμαλίας

præstitit, u) *subjecto filio sub legem*, x) quem *propter Deo proposuit in assequio τῆς πίστεως ἐν τῶ αὐτῶ ἀμάλι*, y) h. e. ut sit propitiator, explicante Dn. D. *Calovio* z) nostro, quem mundum sibi reconciliavit, a) *Abfurdum equidem hoc esse garrunt Sociniani*. Divina, inquit *Socinus*, b) *natura, cum qua as alienum contractum fuit, nullo modo potest ipsa illud satisfactione dissolvere, aut vim solutioni dare*. Nemo enim sibi ipsi ali- quid solvit, aut sibi ipsi satisfaciendi vim suppeditat. De vera enim

o) de Aux. Grat. p. 66.

p) l. c.

q) contra Tile. p. 23. 260.

r) Instit. Theol. f. 404.

s) l. c. p. 66.

t) de Orig. Jur. Nat. p. 72.

u) Rom. 8 3.

x) Gal. 4. 4.

y) Rom. 3. 25.

z) Theol. Apostol. p. m. 114. o- rac. 33.

a) 1. Cor. 5. 19.

b) Pralect. Theol. c. 18.

4

Et propria satisfactione loquimur, qua satisficientem non modo ab eo cui satisficit, alium esse omnino requirit, sed etiam ex eo Et satisfacere, Et satisfactionem perficere, quod ipse habeat, nec eius, cui satisficit, iam esse dici possit. Quare si Christus aeternus Et ex se ipso Deus esset, cum eiusmodi Deus unus tantum sit, tantum abest, ut propterea satisfactionem istam peragendi vim habiturus fuisset, ut potius ob hanc ipsam causam ea vi plane fuisset destitutus. Apparet igitur id ipsum, unde satisfactionem à Christo peragi potuisse maxime suaderi posse videbatur, eam funditus tollere, Et commentitiam esse omnino ostendere. Sed petulantiae huic Scripturae loca modo adducta in terminis contradicunt. Falsum est, & ineptum, quod sub diversa habitudine, quatenus scilicet diversarum personarum respectum induit, idem sibi ipsi satisfacere non possit, sicut idem sibi ipsi sub diverso respectu imperare & parere, debere & solvere potest, sicut Imperatori Archidux Austriae, in uno subiecto, fidem Imperio debitam solvit. Ita Deus duplicem respectum habet patris misericordis, & iusti iudicis. Donat nobis Filium ceu Pater, ut eidem ceu iudici satisfacere possimus, agitque hic non quod rigori, sed aequitati est conveniens. Sic & in Christo est quidem una persona, sed cum duae sint naturae, partem laesam & satisficientem in unum posse cadere subiectum, non repugnat. Ratione in super consilii, vel causa prima, reconciliatio nostra debetur Deo Patri; ratione executionis vel causa meritoria Christo, ceu eruditè explicat B. noster D. Meisnerus. c)

c) Anthrop.
P. III. d. 6.
n. 39.

§. 40. Sicut itaque Deum ex Aequitate sua non dedecet de jure suo rigoroso, quo in hominem gaudet, remittere & satisfactionem exigere à vade, quam jure ab ipso homine requirere posset, ita quoque divinam aequitatem non dedecet Mora ista in puniendo, dum poenam, cui homo peccando se reddidit obnoxium, differt. Liceret per justitiam Deo homines statim ex quo peccant, extremis afficere suppliciis, verum quia est ארך אפים. Exod. 34. 6. longus narium, poenam promeritam non quidem poenam tollit, suspendit tamen & differt, ut cum misericordiam suam, tum etiã justitiã, contumaces postmodum gravius puniendo, notam faciat. Jesai. 48. 9. Rom. 9. 22. Ita si iusto jure & legaliter, juxta illud, morte morieris, Genes. 2. nobiscum agere laeso numini placuisset,

cuisset, nec secundum æquitatem Evangelicam in Christo fundatam nobis parcere, eo quo peccavimus momento, protinus absorpti fuisset corpore & anima, sicut diaboli catenis mortis detracti in tartarum reservantur in iudicium sine spe redemptionis, 2. Pet. 2. 4. Jud. 6. *Quem enim Deus deserit, Diaboli suscipiunt*, ait Gregor. M. d) unde bonitatis divinæ argumentum est lapsorum tolerantia, quia *salutare medium de reparando homine ab aeterno Deus excogitaverat*. e) & justitiæ, quod nihilominus eos pœna maneat gravior, si contumaces erga Deum permanserint. Rom. 2. 5. Luc. 12. 47.

d) l. 25. Moral. c. 9. Vid. Calog. Comment. in Genes. p. 266. 199. c) Meisner. Anthropol. P. I. p. m. 127.

§. 41. Eandem bonitatem & longanimitatem Dei decet de pœnis imminentibus homines monere, idque vel verbis, vel etiam prodigiis & ostentis, prout sapientiæ eius visum fuerit. Ita Abrahamo Gen. 28. 18. revelavit, quod gravi supplicio in Pentapoli- tanos esset animadversurus, quare id fecerit Deus, eleganter docet B. noster Brentius, f) *Ex hac, inquit, intercessione Abrahami primum observatur, quod Deus etiam solet ob hanc causam immunitia supplicia patrefacere, ut excitet intercessores. Cupit enim oratione ac precibus ab ira sua retrahi.* Ita populo Judaico per Prophetas excidium præsens imminere, & strictum Babyloniorum acinacem fulgidum jam minitari, non semel exponi iussit, Jer. 22. Jerem. 4. 5. seqq. c. 16. 1. seqq. c. 18. 11. & alibi. Ezech. 7. 2. seqq. c. 21. 9. seqq. quo per sinceram pœnitentiam ad Deum conversi, divinam gratiam potius, quam severitatem experirentur,

f) Com. l. c. f. 168.

§. 42. Pertinet huc pœnarum immittendarum mitigatio, Deo, ceu Patri, sane non indecora. Innuitur ea Psalm. 78. 38. *לא יעיר כל חמתו non accendit totam iram suam.* Israëlita gravi- ter licet in deserto delinquentes, non tamen sunt funditus extirpati, sed pœna mitigata: causas reddit Psaltes Psalm, 78. 39. *כי בשר הוא וזכר כי בשר הוא recordatus est, quod caro ipsi esset.* eleganter verba hæc explicante B. nostro Gesnero. g) Punit nimirum Deus pœna non excidii, sed pœna correctionis, illa dilata hac interim visitat, graviore in impœnitentes, si tales permanserint, severitate animadversurus, Levit. 26. cum qua divina clementia, pœnas etiam reprobatorum in hac vita mitigante, quibus juxta h) *de Grat. Spanhemium h) multam lenitatem ostendit, quos tolerat, & variis universali- beneficiis* p. 1808.

g) Com. in Psalm. f. 569

h) de Grat. Spanhemium p. 1808.

4


beneficiis corporeis afficit, quomodo peremptorium absolutæ reprobationis decretum conciliari debeat, non apparet, ubi enim est extremus rigor, ibi nulla mitigatio, & qui in statu est odii absoluti, ut nullius est capax gratiæ, ita nullius mitigationis pœnalis, nullius lenitatis.


§. 43. Ita cum hominum perniciæ æternæ, & pœnis ipsis infligendis, Deus non delectetur, pœnam graviorem in aliam mutare, & ex malo pœnali facere malum medicinale, suam bonitatem & æquitatem decere judicat: qui hoc etiam nomine 2. Sam. 24. Davidi optionem dedit, *num vellet septem annos fame affigi suas terras, an vero tres menses fugere coram hostibus, an verò per triduum pestem in suo regno servire?* qui data hac eligendi potestate, in manus Domini, quam in manus hominum incidere præoptavit. Facit autem hoc Deus cum ob alias causas, tum etiã propter pios & infantes, ob quos, ne simul cum impœnitentibus & impiis pereant, vel differre, vel auferre, vel mitigare, aut in mitiorem pœnam mutare solet: quod si tamen iisdem implicantur calamitatibus, quibus ob peccata & scelera sua obijciuntur impii, temporale tamen, non æternum, malumq; non pœnale, sed medicinale dici debet. Infantes etiam quam curæ Deo sint, quando pœna immittenda est, exemplo sunt


Ninivitæ, Jon. 4. v. ult. Sed ταῦτα μὲν ἀλλῆς.

Pro dissertatione Academica hæc
sufficiunt.

F I N I S.









3.


2.


1.











EPISTOL. AD EPHEſ.

is verbi substantivi sum, aut per longissi-
 hic versus cum v. 14. conjungendus
 M. AVDISTIS, quod passim ore omnium
 e vos non potest, nempe DISPENSATIO.
 DEL, hoc est, quale mihi commiserit of-
 ficiū & qualia dona ad ejusmodi ministe-
 ria necessaria dederit ex sua benignitate De-
 us, & quidem *his v. 14.* IN VOS seu erga
 salutem ministerio illo fungar & donis
 eundem modum Col. I. 25. *Ecclesia factus*
dispensatione DEI, qua mihi data est erga vos.
 autem gratie intelligit largitudinem gra-
 tiarum, ut vocant, hoc est, donorum intel-
 ligit miraculorum aliorumque ad obeun-
 tum ministerium & convertendos homines
 dem audistis, inquit, quale Deus ministe-
 rium mihi dederit, dona, * QVOD videlicet
 TIONEM NOTVM MIHI FECERIT
 vid. Id quod nam intelligat, mox expli-
 citur sic: VT de hoc mysterio ANTE
 teced. SCRIPSI PAUCIS * EX QVO PER-
 TIS PERPENDERE quantis donis me Deus
 & QVAE SIT MEA INTELLIGENTIA IN-
 TISTI, hoc est, quam rectè, quæ negotium
 in manu per Christum partæ concernunt, in
 beneficio perfectè affecutus sim. Myste-
 rio loquor hoc est, quod ut ostendi e. I. v. 10.
ritum voluntatis suæ in plena temporū disposi-
colligere omnia, quæ in cælis & quæ in terra in-
dixi e. II. v. 13. & seqq. qui præculeratis propo-
no intergermo, ac utrique in uno corpore DEO
mus aditum per unum Spiritum. Hoc in-
 quam,

v. 2.

v. 3.

v. 4.